
24/13


1837
ARTES
VERITAS
SCIENTIA
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
E PLURIBUS UNUM
TUEBOR
SI QUAERIS PENINSULAM AMOENAM
CIRCUMSPICE

DEMOSTHENIS

ORATIO

IN MIDIAM

CUM

ANNOTATIONE

CRITICA ET EXEGETICA.

CURAVIT

PHILIPPUS BUTTMANNUS DR.


EDITIO TERTIA.

BEROLINI
SUMPTIBUS AUGUSTI MYLII.
MDCCCXLI.

In hac oratione denuo edenda et animadversionibus illustranda iisdem de causis et eodem modo, atque in Platonis dialogis, operam posui. Utilitas ejus ad lectionem et scholasticam et academicam usu satis nunc constat: ad constituendum autem textum et ad enarrandas tum res tum linguam, tot adminicula hodie accesserunt, ut his etiam dotibus cumulatum libellum iterum discipulis magistrisque tradere operae pretium videatur. Itaque aliquanto magis ex professo res aggredienda erat, quam in consilio olim fuerat Spaldingi. Quippe vir ille optimus, cujus et memoriae dulcedine et desiderii acerbitate imbutus esse animus meus nunquam desinet, orationem hanc scholis suis delegerat non quo multa ad eam adornandam praeparata sibi essent, sed quoniam idonea est visa. Ideoque tumultuaria tantum, cujus et ipse particeps eram, opera eam profligavit, ad illustrandam eam nonnisi quae tum ad manus erant decerpens, et ex cultissimo suo ingenio, quae inter ipsum laborem subnascerentur, observata addens.

Ego ut novum plane librum hodie procurarem ejus mihi officium tempus ipsum et multa qua gaudebam opportunitas imposuit. In qua hoc potissimum est, quod sicut in Platonis dialogis, ditissima *Bekkeri* penu uti mihi licebat. Hujus enim viri amicissimi opera elaborata omnium Demosthenis orationum editio tametsi dum haec scribo lucem in Germania saltem nondum vidit, schedarum tamen ejus, varietatem lectionis codicum ab eo collatorum omnem continen-

*


1837
ARTES
SCIENTIA
VERITAS
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
E PLURIBUS UNUM
TUEBOR
SI QUAERIS PENINSULAM AMOENAM
CIRCUMSPICE

44. (b.) *) Quale autem et quantum ingenii robur in oratore nostro fuerit, id tum maxime apparet, cum inchoatum hoc ejus et affectum modo opus tot ac tantis videmus splendere virtutibus. Maximi haec oratio semper facta est ab elegantissimis quibusque omnis aevi hominibus. Testis sit Plinius minor (7, 30.): „Tu mihi „bonum animum facis, qui libellos meos de ultione „Helvidii orationi Demosthenis *κατὰ Μειδίου* confers; „quam sane, cum componerem illos, habui in manibus, „non ut aemularer: improbum enim, ac paene furio„sum; sed tamen imitarer et sequerer, quantum aut di„versitas ingeniorum, maximi et minimi, aut causae dis„similitudo pateretur". —

*) Addi debet §. 50. c. *καὶ τοὺς μὲν πτωχοὺς, τοὺς δὲ καθάρματα τοὺς δ' οὐδὲν ὑπολαμβάνων εἶναι·* quae quis credat oratorem cultissimum paulo post §. 54. b. Atheniensibus reloquere potuisse ita; *καὶ πάντες εἰσὶ τούτῳ καθάρματα καὶ πτωχοὶ καὶ οὐδὲ ἄνθρωποι?* Neque bis eundem hominem *κονιορτὸν* appellatum crediderim, ut nunc fit §. 28. b. et 38. d. Denique in oratione justa et elaborata non bis et diversimode tractasset Demosthenes locum de liberis infantibus a reo miserationis gratia productis, ut nunc facit §. 27. et 50. *BUTTM.*

RECENSIO
PRAECIPUORUM HUJUS EDITIONIS ADMINICULORUM.

CODICUM manuscriptorum, quorum ante Bekkerum usus editoribus fuit, potissimi sunt *Parisienses* Morelii, de quibus vid. infra ubi de Edit. Paris.; et Reiskiani. Illorum cum nullum Bekker in Parisiensibus suis agnoscere potuerit, ut ab his illos secernerem, siglae *Par.* sive *Paris.* addidi numerum quo Morelius eos distinxit, *Paris.* I. cet.

Reiskius duos codices ipse diligenter contulit hos:

Aug. — qui apud illum est Augustanus I.

Bav. — Bavaricus, Monachii etiamnum, opinor, asservatus.

Ceterorum, qui nonnisi singulis quibusdam locis a Tayloro aliisque inspecti fuerunt, quorumque, ut *Barocciani*, *Italici*, nonnisi exiguus usus fuit, notitiam quaere in Reiskii praefatione.

E Codicibus, quos Imm. *Bekker* integros omnes contulit, Midianam continent hi:

Parisienses, signati apud illum solis litteris Σ Υ k r s t, mihi sic: *Par.* Σ, *Par.* k, etc.

Coisl. — Coislinianus, Bekkero v

Antr. — Antverpiensis, eidem Ω

Laur. — Laurentianus, in Bibl. Laurentiana Florentiae, Bekkero Π

Ven. — Venetus, in Bibl. S. Marci; eidem F.

Horum codicum omnium antiquissimus et optimus est Par. Σ, cui proximi accedunt Υ et Laurent. Secundum locum obtinent Aug. et Paris. I. De ceteris nihil equidem pronuntio. Verum de *Augustano* hoc etiam tenendum est, manifesta illum gerere diversae recensionis vestigia, ita quidem ut sicut Par. Σ primum locum obtinet inter eos qui traditum antiquitus textum exhibent, ita Augustanus, inter nostros certe, princeps sit alterius illius recensionis. Quod tamen neutiquam ita intellectum velim, quasi ad arbitrium ubique refictas ille lectiones praebeat; sed inter hujus generis correctiones, quarum immunis sane non est, haud pauca quoque in eo indicia mihi visus sum reperire criseos ad antiqua exempla olim institutae: dum Paris. Σ, quique cognati sunt ei, textus antiquissimis jam temporibus adulterati specimina passim praebent et ipsi.

Codicibus praeterea accensendi sunt, quos *Marginis Lessingiani* et *Marginis Berol.* nomine in notis aliquot locis advocamus. Sunt autem exempla Editionis Aldinae, quorum alterum in Bibl. Regia Berol. asservatur, alterum G. E. Lessingius olim Reiskio obtulerat, quorumque margini variae aliquot appictae sunt lectiones.

Ex EDITIONIBUS, cum antiquiorum illarum, Aldinae, Hervagianarum, Paulo-Manutianae, Felicianae, usus in tot scriptorum librorum copiis exiguus hodie sit, nobis autem in tali opera fere nullus, illas tantum memoramus, quarum auctores Demosthenis et lectionem et interpretationem ingenio judicioque juverunt.

Hieron. WOLFIUS ter Demosthenem edidit: optima autem harum edd. est ea quae prodiit Basil. 1572. fol. recusa Ff. 1604. fol. Continet ea Dem. et Aeschinis orationes cum interpr. lat., scholiis Ulpiani, et ipsius Wolfii annotatione.

Edit. Paris. Δημοσθένους λόγοι — διὰ φιλοπονίας — τοῦ Γουλιέλμου Μορελίου. Lutet. 1570. fol. Textum graecum tantum et Ulpiani commentarios exhibet. *Moreliana* quidem saepius audit haec editio; sed quoniam Morelius *) eam non absolvit, *Lambinus* autem posteriorem partem curavit, hinc plerumque a neutro illa nominatur: sed nunc Parisiensis, nunc Lutetiana, saepius etiam *Benenatiana* dicitur: a Jo. Benenato typographo Morelii successore; quare scire interest, ejusdem editionis exempla diversa diversum bibliopolam indicare, praeter Benenatum videlicet alia Mich. *Sonnium*, alia Jacobum *Dupuys*: ne quis diversas has editiones esse credat. Morelius multa diligentia in curanda hac editione usus erat, et ope octo *codicum Parisiensium* textum partim ipsum emendavit, partim varias lectiones ex illis, non semper tamen nominatis singulis, in *margine* posuit. Lambini autem opera quam tumultuaria fuerit a Reiskio in praefatione ejus discas. Ille itaque cum per tempus ipsum impressionis codicibus illis tum in emendando textu tum in enotanda varietate nonnisi raro, immo paene dixeris non, usus esset; absoluto operi demum libellum, quem Variarum Lectionum et Notarum inscripsit, subitaneum hunc quoque, addidit, in quem sphalmata operarum et sua, item textus emendationes, partim quidem conjecturas manifestas, sed multas etiam varias lectiones sibi serius probatas, omnia tamen fontibus non indicatis et ne verbulo quidem suo addito, conjecit. Quare editoris ubique est judicare quid eorum quae ibi exposita sunt sive hujus sive illius naturae sit. Videantur imprimis notae nostrae ad §. 10. h. 14. e.

Jo. Taylor Orationes Demosthenis, Aeschinis etc. edere instituerat; sed hujus operae nihil prodiit praeter T. II. et III. Cantabr. 1748. 1757. 4to. quibus inest pars orationum Demosthenearum gr. et lat. cum annotatione editoris, quibus accesserunt notae etiam Jer. *Marklandi* et Jac. *Jurini*.

J. J. Reiske edidit Oratores graecos XII. Voluminibus Lips. 1770 sqq. 8vo. quorum I. II. textum Demosthenis, IX—XI. apparatum criticum et exegeticum, XII. Indices Graecitatis etc. continet. Apparatus autem annotationem quoque H. Wolfii, Taylori, Marklandi et Jurini complectitnr omnem.

De G. L. Spaldingi editione orationis in Midiam vid. Praefationes nostras utriusque. — Jo. Sev. Vater edidit Dissertationem: Animadversiones in locos quosdam ex Midiana Demosthenis etc. Jenae 1796. 8vo. Aug. Boeckhii Comment. de chronologia Orat. Mid. inserta est Commentatt. Acad. Berol. anni 1818. — Godofredus Bernhardy, juvenis his litteris totus deditus, quique operae iis navatae egregium nuper specimen edidit (Eratosthenica. Berol. 1822. 8vo.), dum hunc nostrum libellum paene absolutum relegit, animadversiones nonnullas mecum communicavit, quos Addendis inserui.

Ulpiani, hominis praeterea prorsus ignoti, scholia in Demosthenis orationes non omnino inutilia plenius quam in ceteris editionibus et commodius leguntur in Ed. Parisiensi.

*) *Guill. Morel;* quem cave confundas cum Federico *Morello* (Federic Moreau) industrio et ipso illius temporis editore Graecorum librorum Parisiensi.

Lecturis.

Divenditis editionis a patre meo factae exemplaribus novam ego curaturus editionem id consilium sequutus sum, ut collatis et posterioribus editionibus et operibus de jure Attico conscriptis ea adderem, quae aut critici desiderarent aut tirones. Quod attinet ad criticam quam navavi operam, ne patris judicium ex editione sua expellerem, partim in rebus majoris momenti, de quibus pater ipse verba fecit, aliorum judicium mihi probatum aut meum subjunxi, partim levioribus in rebus, de quibus pater meus tacite decrevit, tacite et ego patris lectionem aut servavi aut nonnisi omnibus posterioribus editoribus contra patrem conjunctis stantibus, in horum lectionem mutavi. Perraro igitur factum est, ut disputationes patris plane delerem, nisi forte iis, quae a recentioribus de jure Attico scriptoribus inventa sunt, plane repugnabant. Tironibus autem, in quorum usum maximam partem haec editio jam a Spaldingo instituta erat, ita satisfaciendum putavi, ut illi etiam nudi libris de antiquitatibus conscriptis, omnia hac in oratione memorata ipsi intelligere possent. Nam sic tantum vere frugifera est scriptorum veterum in scholis lectio, si ipsi tirones ita se ad eam praeparare possint, ut de omnibus rebus rationem magistro reddere valeant. Qua ratione partim quidem haec editio jam composita erat; partim vero rebus huc pertinentibus carebat; quamobrem indicem magis etiam amplificassem, quam feci, nisi tempore fraudatus fuissem, paternaeque editionis proprietas servanda fuisset. Ceterum omnia quae ego inserui et ex aliis auctoribus et de meo uncis [ ] inclusi, ut oculis pateret, quae a me addita essent. Sed et additamenta patris ex margine ejus exemplaris, quo utebatur ille, suo loco innexui, peculiari signo non appicto. Comparavi autem Schaeferi Apparatum criticum ad Demosthenem, Bekkeri, Meieri, Dindorfii, Blumii editiones, non lectionis varietates omnes allaturus, id quod cum consilio hujus editionis discrepasset, sed textum, quem dicunt, tantum recogniturus. Ad postremum veniam a lectoribus peto operae non prorsus consilio accommodatae; temporibus, ut dixi, vexatus eram.

Scripsi die 25. mensis Februarii 1833.

Portae.

Augustus Buttmann.

Tertiae editionis praefatio.

Hanc quoque tertiam editionem eodem consilio quo priorem curavi, hoc discrimine intercedente: neque enim solum iis locis, quibus disputo de lectione constituenda, sed etiam iis, quorum varietas lectionis ut noscatur vel tironum interest ad judicium acuendum, eam addidi; deinde saepius, quam prius, patris scripturam ex textu expuli, idque tum, cum religione quadam ductus pater, non critica arte jussus priorum editionum lectionem retinuerat, cum non licere arbitrer, ut haec religio impediat, quominus sinceram lectionem restituamus. Postremum ex fine hujus editionis facere mihi visus sum, ut prolegomena adderem, quibus facilius intelligeretur oratio. Quod si effeci, libenter acquiesco. Benigne accipiat velim lector doctus, quae non confidenter offero.

Prolegomena.

Aequum est, ut forensibus veterum orationibus teneamur omnes eam ob caussam, quia illae habebantur ad judices ex ipso populo electos, quia non penes solos juris peritos erat jurisdictio, sed simplicium hominum erat, conficere et absolvere judicium. Necesse igitur erat ad vulgarem popularemque sensum accommodatas esse orationes. Quamobrem rebus quibusdam externis cognitis, nihil ante scias opus est, quam qualis fuerit graecus populus romanusque; ipse orator efficit ut vel rudis caussam litemque intelligas. Itaque quum is, qui apud veteres in judicio orabat, id ageret, ut simplices rudesque hominum animos sibi suaeque caussae conciliaret, orationem potius artificium esse oportebat, quippe quod ad multitudinis sensum accommodatius esset, quam disciplinae opus, quod pauci intelligerent; pulcriores igitur orationes veterum esse debebant quam doctiores. Oratoribus non solum propositum erat ut leges tenerent ex iisque caussas quasque judicarent, sed etiam ut animum humanum movere scirent; non solum convincere, sed etiam persuadere oratoris erat; necesse igitur

erat, eum judicum animos plane perspectos habere; quamobrem etiam nobis judices cognoscendi sunt, ut qualis sit oratio sentiamus; et ut Demosthenis artem admiremur, sciamus necesse est, quales fuerint quo ille dicebat tempore Athenienses. Quos ut paucis adumbremus nunc intererit.

Ut hodieque in populorum mare mediterraneum accolentium etiam infimis ordinibus multo major animi subtilitas, acumen, agilitas inest, quam in populis septentrionalibus, ita res se habebat etiam veterum aetate, idque ita ut veteres praestarent recentioribus, quandoquidem apud Graecos Romanosque multitudo ipsius reipublicae moderandae multo magis particeps erat, itaque altius tendebat; quamquam rursus facilius fiebat, ut rationum reipublicae integritas obscoenarum multitudinis libidinum sordibus adspergeretur. Non dico doctrina atque eruditione superatos esse recentiores populos a veteribus, quos contra his rebus inferiores fuisse contenderim, sed ingenium, non adhibita disciplina, quia versabantur veteres populi in rebus publicis, subtilius sentiebat; ita ut tam res publicas judicare quam gustum artium litterarumque capere posset, quum species animo confictas in rerum natura ponere, tam veterum memoria quam nostra eorum esset, qui doctrina usi essent atque disciplina. Atque id quod proprium fuisse Graecorum Romanorumque dixi universorum, mirum in modum proprium erat inter Graecos Atheniensium, apud quos, quae ex sollerti natura maximeque mobili animo nasci soleant in utramque partem, mirabiliter nata sunt. Non potuit non apud eos multitudo omnium rerum potiri; sed haec popularis ratio vel quum finem quem consequebatur propemodum excederet, per spatium fere saeculi inde a Clisthene usque ad Periclem, verae reipublicae atque adeo Graeciae saluti consulebat. Quod fieri non potuit nisi in eo populo, cujus natura capax esset summorum exemplarium et qui re vera ea appeteret. Quorum quia capaces erant Athenienses artibus litterisque delectabantur, ita ut a morum asperitate abhorrerent, Deorum reverentia imbuti erant, quae efficiebat, ut religiosi essent, patriae caritate excellebant, qua moti leges, quippe quae reipublicae fundamentum essent, religiose tuebantur, humanitate denique gaudebant, quae impediebat, quominus suum commodum spectantes reliquarum civitatum populorumque Graeciae rationibus alieni essent. Sed postquam populari imperio

nimis aucto contraria optimatium nobiliumque ratio obnitebatur, quum intestinae furere inciperent contentiones et vulgus Atheniensium in sua republica Graeciaque auctoritate et viribus praepollens dominandi habendique cupidine arderet, aucta luxurie, mores depravabantur animorumque sollertia, honestate abjecta, in iis artibus versabatur, quibus suam quisque utilitatem consequeretur, deorum cultus ad sumptuosa sollemnia, quibus oculos ventresque pascerent, delapsus religionem evertebat, patriae caritas convertebatur in libidinem injustam ditandae reipublicae non solum cum aliarum civitatum damno, sed etiam ipsius reipublicae opulentorum civium, vulgo non volente ut opes ad rem publicam adhiberentur, sed ut cupiditates suae replerentur; quamobrem in ore quidem habebant leges incredibiliterque multiplicatas in tabulis, sed vita iis carebat; humanitas denique Atheniensium ita relanguescebat, ut et domi temperatio civitatis solveretur et foris mercenarii milites rempublicam proderent. Opulenti munera publica non jam sibi honori ducebant, sed gravissimarum injuriarum loco sibi numerabant; neque enim diis aut reipublicae offerebant suarum divitiarum partem aequam, sed inique vulgi cupiditatum gratia spoliare se cogebantur re privata; qua ex re non poterat quin consequeretur, ut nobiles opulentique partim non dubitarent fraudibus rem suam augere, partim, etiam periclitante patriae libertate, foris conjurationes facere in evertendum quovis pretio populare imperium. Nihilominus vero fieri non potuit, ut pristinae magnitudinis splendorisque memoriam perderent Athenienses desinerentque eo gloriari; immo volebant saltem etiamtunc illis virtutibus ornati videri. Quo eorum studio ita uti poterat, qui incensos vellet, ut res pristinis dignas gererent. Quamobrem in hanc partem dirigit vel concionans vel causas agens vim orationis suae candidus noster et patriae amans Demosthenes, ut Athenienses nunc alacri patriae defendendae studio inflammaret, nunc eveheret ad justitiam servandam.

Hoc quidem nobis maxime tenendum est et Midianam legentibus, quia litem se ita obtenturum esse, ut vellet, sperare ille non poterat, nisi judicum animis ex sordibus ad honestatis candorem evectis. Neque enim honestate permoti illis temporibus frequentes in judicia confluebant Athenienses, sed judiciis et gravis esse poterat nobilibus opulentisque multitudo dominatrix, et

partim continuo facileque victum parare, partim aerarium publicum, in quod mulctae publice damnatorum pertinebant, augere poterant judices famelici, quod quum hoc tempore aerarium cupiditatibus vulgi serviret, in lucro ponebant. Unde colligitur, hos judices perfacile corrumpi potuisse neque dubium est, quin Midias hoc modo judicum animos sollicitaverit quam maxime.

Midias enim, Midiae filius, Atheniensis, Anagyrasiis adscriptus, divitum luxuriosorumque unus fuit et eorum qui opibus ad nequitias abuterentur, quod haec historiola a Diogene Laertio in Vita Diogenis Cynici tradita docet: *ἀλλὰ καὶ Μειδίου κονδυλίσαντος αὐτὸν* (Diogenem) *καὶ εἰπόντος· Τρισχίλιαί σοι κεῖνται ἐπὶ τῇ τραπέζῃ· τῇ ἑξῆς πυκτικοὺς λαβὼν ἱμάντας καὶ καταλοήσας αὐτὸν ἔφη· Τρισχίλιαί σοι κεῖνται ἐπὶ τῇ τραπέζῃ.* Hic Demostheni non solum privatim sed etiam publice infensus infestusque erat, quod vel ex hac re colligas, quod Aeschines *) queritur, eum non jam inter vivos esse. Contumelia autem, qua Demosthenem affecerat ille haec fuit: Postquam, Magnis Dionysiis **) imminentibus ei, qui choragus erat, omnia paranti ad munus rite abeundum, multas et varias intulit injurias, quum chorum in theatrum introduceret, spectantibus, qui ex tota Graecia confluxerant, alapam ei infregit et effecit, ut Demosthenes ejusque tribus vincerentur certaminum arbitris ***) corruptis.

*) Contra Ctesiph. pg. 419. ed. Bekk.

**) Etsi non traditur Magnis Dionysiis facinus patrasse Midias, tamen his, non aliis Baccho consecratis sollemnibus rem accidisse, viri docti inde a Spaldingo monstraverunt. Addam quo rem maxime confirmari puto. Tertio quoque anno haec sollemnia celebrari notum est. Atqui in secundo ad nostram orationem argumento narratur (id quod non habet, cur in dubitationem vocetur), uno mense post edita munera choragos constitutos esse proximis sollemnibus. In ipsius autem orationis §. 6. a. haec sunt: *οὐ καθεστηκότος χορηγοῦ τῇ Πανδιονίδι φυλῇ τρίτον ἔτος τουτί,* quae secundum graecae linguae idioma vertenda sunt: „postquam *abhinc tribus annis* (v. not. 55. a.) nullus choragus in tribu Pandionide fuerat". Quod dicere aliter non potuit Orator, nisi Dionysia, quibus ita loquitur, Magna erant Dionysia.

***) Hic mihi fatendum est, me ignorare, unde Spalding (V. not. 24.) noverit, *post* munus editum sorte duci certaminum arbitros. Primum res ipsa non favet huic opinioni, tum haec nobis tradita: Isocr. trapez. p. 365. *Πυθόδωρον γὰρ τὸν σκηνίτην καλούμενον, ὃς ὑπὲρ Πασίωνος ἅπαντα καὶ λέγει καὶ πράττει, τίς οὐκ οἶδεν ὑμῶν πέρυσιν ἀνοίξαντα τὰς ὑδρίας καὶ τοὺς κριτὰς ἐξελόντα τοὺς ὑπὸ τῆς βουλῆς εἰσβληθέντας; καίτοι ὅστις μικρῶν ἕνεκεν, καὶ*

Contumelia tunc quidem facta Demostheni tam magna visa est, ut, cum mortem Midiae non nimiam poenam duceret, caussam *publicam* faceret, violataeque religionis statim post munus editum, probola usus eum apud populum accusaret; a quo cum Midias condemnatus esset, Demostheni licebat, caussam ad judices deferre simulque effectum erat, ut judices populi sententiam publice declaratam novissent minusque iis condemnandi hominis iracundia metuenda esset, id quod hoc morum depravatorum tempore magni momenti erat. Tunc referebat Demosthenis, ut in judicibus, in quibus festorum dierum sanctitatis sensus emortuus esset, ad quos quadrarent, quae dicit Isocrates comparans sui aevi Athenienses cum majoribus Areopag. p. 145. „*καὶ πρῶτον μὲν τὰ περὶ τοὺς θεοὺς οὐκ ἀνωμάλως οὐδ᾽ ἀτάκτως οὔτ᾽ ἐθεράπευον οὔτ᾽ ὠργίαζον· οὐδ᾽ ὁπότε μὲν δόξειεν αὐτοῖς τριακοσίους ἔπεμπον, ὁπότε δὲ τύχοιεν, τὰς πατρίους θυσίας ἐξέλειπον· οὐδὲ τὰς μὲν ἐπιθέτους ἑορτὰς, αἷς ἑστίασίς τις προσείη, μεγαλοπρεπῶς ἦγον, ἐν δὲ τοῖς ἁγιωτάτοις τῶν ἱερῶν ἀπὸ μισθωμάτων ἔθυον* etc., referebat, inquam, Demosthenis, ut hunc sensum resuscitaret, ut magnitudo delicti Midiae animis eorum se ingereret — nam primo concitati, cum probola fieret, animi partim ipsi per se consenuerant partim vel violentis vel dulcibus remediis sedati erant — referebat, ut in judicibus, qui non jam ut honesti indignari possent de nequitia, qua usus erat Midias in Demosthenem, indignationem honestam excitaret. Non mirum est Atheniensibus ita moratis facinus Midiae ad solum Demosthenem pertinere videri, cui privata lite satisfieret.

Quamobrem, ut jam ad exponendum ipsius orationis consilium aggredior, Demosthenes primum se defendit, quod probola contra Midiam usus sit, quae instituebatur sceleribus patratis, quibus res publica violata esset,

περὶ τοῦ σώματος κινδυνεύων, ταύτας ὑπανοίγειν ἐτόλμησεν, αἳ σεσημασμέναι μὲν ἦσαν ὑπὸ τῶν πρυτάνεων, κατεσφραγισμέναι δ᾽ ὑπὸ τῶν χορηγῶν, ἐφυλάττοντο δὲ ὑπὸ τῶν ταμιῶν, ἔκειντο δ᾽ ἐν ἀκροπόλει. τί δεῖ θαυμάζειν etc. Itaque cum nomina arbitrorum in cista obsignata in arce deposita essent, eo demonstratur, inter sortitionem et munus obeundum spatium quoddam intercessisse, neque dubitari potest, quin sortitio in ea concione fieri solita sit, quam auctor alterius argumenti uno mense ante sollemnia celebranda locum habuisse refert cujusque Demosthenes ipse §. 6. a. mentionem facit. Quo accedit quod Demosthenes rem exponens in §§. seqq, alapam post corruptos judices inflictam sibi esse dicit.

esset, ut contra magistratus, contra sycophantas, contra eos, qui metalla clam exercuissent, contra eos, qui pecuniam publicam avertissent, contra eos, qui populi potestati infensos se praestarent, denique contra eos, qui religionem sacrorum quorundam violassent. Postquam Demosthenes docuit, quam religiose ii, qui legem de probola instituenda sanxissent, coluerint sancta sollemnia, monstrat, quanto atrociora sint ea, quae fecerit Midias, quam ea, quibus religionem violari edixerint Athenienses. Jam post rem enarratam, priusquam ad eam per testes confirmandam transit, consequentibus praeceptis, dicit, etiam multa alia sibi facinora Midiae narranda esse, quae tantummodo culpa eorum, qui laesi erant, non punita sint, quibus cum leges violatae sint, eas hac occasione data vindicandas esse. Tum testibus *) introductis voluerat quidem cetera scelera enarrare; sed hoc oratorium fuit artificium, quo efficeret, ut judicibus jam inde ab initio tantus scelerum numerus obversaretur; nunc igitur non enarrat; sed quum non posset quin rebus singulis per testes confirmatis, omnia infensi in Demosthenem animi, non rem publicam perosi esse viderentur, quum Midias sine dubio rem ita se habere persuasurus esset, opinionem ita evertere studet, ut non quidem neget, sua caussa illa commisisse Midiam, sed ostendit judicibus, ut eo religionem violatam esse non refutatum sit. Quod ut convincat, prius opinionem eorum de poena per leges dicta emendat, non addici damnatum accusatori, sed caveri ne leges intereant. Tum vero docet, chorago violato, non solum in hominem insultatum esse, sed simul in rem publicam. Praeterea explicat, idem facinus, ira aut alia cupiditate excitante, multum abesse ut eadem poena digna sit, etiam ex ipsorum Atheniensium sententia, qua facinus per superbiam perpetratum; haec autem ex superbia orta esse delicta. Hanc vero merito ab Atheniensibus semper habitam esse eam, quae non solum singulis injuriam inferat, sed rem publicam ipsam in discrimen vocet; quamobrem caussam ὕβρεως publicam factam esse. Quod ut confirmet, ipsam severam legem quae mortem non graviorem quam pro delicto edicit, legi jubet, judices moturus. Quibus expositis illum, qui violaverit religionem — jam enim violatam esse docet — summa superbia uti, patere

*) Horum testimoniorum primum solum, reliquis perditis, nunc nos habere, patri in Exc. II. demonstranti, assentior.

oportet. Facit igitur ipsa oracula ad judices loquentia, illa sollemnia inprimisque choros coronasque a diis imperata esse, ut vanam opinionem, qua ea sua gratia fieri opinari assueverant Athenienses, evellat aut certe supprimat. Inde monstrat, pietate jussos esse Athenienses, vel minimam vim, etiam iis inlatam qui leges de religione tuenda violassent, coercere, et e regione ponit cum superbia insultantem Midiam, quem nunquam quisquam superaverit superbia, quamvis alii in similibus fuerint conditionibus. Ex superbia ortam esse Midiae impietatem quum explicuerit, pluribus exponit, Midiam ita moratum esse et oratio labitur in occasionem, unde odium Midiae descenderit, quam eo fusius refert, quo magis summa Midiae nequitia appareat, judicesque moveat concitetque, nam probus, vilium artium imperitus arbiter Straton per eum maxima capitis diminutione punitus erat, quia, cum Demosthenes Midiae litem privatam intendisset, hunc vadimonio deserto condemnaverat. Demosthenes, occasione non praetermissa, jam hoc loco inhibet, ne vim habeat imploraturus misericordiam Midias, in judicium inducto miserabili illo Stratone. Deinde ad alias transgreditur nequitias, quibus Midias se, etiam post illatas sibi Dionysiis injurias, etiamsi alii una interirent, ulcisci voluisset simulque efficere, ut, priusquam lis illa institui posset, Demosthenes judicio sublatus esset; et quum multa de corrumpentibus corruptisque dicenda fuissent, orationi, oblique judices de pecunia accipienda deterriturus, legem de ambitu innectit simulque significat, opibus insultantem Midiam haec omnia committere et contra popularem rationem multis rebus praestare pauperibus, ut sic quoque corrumpendi conamina Midiae praecludat. Quo facto accuratius locum, jam saepius memoratum, tractat, quantopere obsint pauperibus divites superbique; scire eos aequabilitatem juris sui emolumenti caussa tollere. Jam omnes injurias complexus, postquam judices aequalem iis poenam poposcit nunc demum de scripto legit injurias, quibus alios affecerat Midias, quas nunc patet non singulis hominibus inlatas esse, sed ad coetum civium civitatemque pertinere. Quod ut strictius demonstret judicesque penitus in Midiam incitet, exemplis edocet, singulorum injuriis eum non acquiescere, sed societates, atque adeo ipsum populum male tractasse, flagitiorum eos insimulantem, quae ipse in se admittat. A tali igitur homine se defendere non posse nisi universitatem civium, legibus graviter in eum coercendum adhi-

bitis. Sic expositum est, Midiam majestatis publicae reum esse. Jam intererat, judices moveri, ut poenam re vera dicerent. Itaque splendorem hominis generisque dicit Orator nunquam quemquam prohibuisse, quin poenam daret superbe insolenterque factorum. Quamobrem inter se opponit splendorem generis Alcibiadis ac beneficia in urbem collata, et dubiam Midiae originem simulataque beneficia; docet, etiam propter haec simulata beneficia gratiam ei Athenienses rettulisse, illum contra honoribus foedissime abusum esse. Postquam significavit morte puniendum aut certe omnibus bonis, quippe quae essent caussa nequitiae homini, exuendum esse Midiam omniaque sustulit, quae impedirent, ne illud fieret, exempla recenset, quam graviter violata religio expiata sit. Sed ne judices opinentur, humanitatis esse clementius quam severius agere, docet hic ita agere injustum esse, et, praecepta Midiae oratione, refutat omnia, quae in suam iste rem dicturus sit, et ita quidem, ut repetita quaque auditione illud appareat, infesto animo plebi esse eum, quamvis simulato studio, abjectumque hominem, et animos advertit ad ea, quae consequutura sint, si clementer agant. Sed, quum fieri possit, ut non adeo nequam esse videatur Midias, quoniam quidam in judicio ei affuturi sint, alii pro eo intercessuri, addit, illos esse ipsius adversarios, hos opulentos, qui idem multitudinem despiciant oderintque; ab iis, si pecuniam offerentibus aures non patefaciant, judices non magis ipsos quam se tuituros esse. Post haec omnia monet quantopere iis ignominiae futurum sit, si nunc eum absolvant, postquam condemnavissent, probola in concionem deducta, peregrinis ex tota Graecia in urbe morantibus; monet iterum, leges solas afferre securitatem; leges vero non aliter servari, quam si legum violatores subeant poenas.

Aptius construi non poterat oratio, ut demonstraretur, Midiam infestum esse reipublicae, etsi facinus, propter quod a Demosthene accusatus est, injuria erat ipsi inlata, quae tamen pertinebat ad sanctum rei publicae institutum. Quod quum violatum esset et in omnium oculos incurreret impietatis documentum, haec caussa publicae litis ponenda erat, et tamen facinus unum multorum, quamvis insigne, ejus esse apparet, qui infesto animo sit reipublicae.

Quibus luminibus oratio splendeat, quam gnarum humani animi se praebeat orator ratione, qua animos judicum moveat mentesque occupet, haec demonstrare meum non

est, sed attente legens ipse facile inveniet. Attamen sunt quae arguant, orationem omnibus numeris absolutam non esse a Demosthene, quod jam apud Photium legimus, et acumine recentiorum virorum doctorum accuratius demonstratum est. Sed ea quae arguant, raptim turbulenterque scripsisse Oratorem, ut fere fit, si primis lineis aliquid designas, inesse mihi non plane videntur; sed verum esse videre videor id, quod ipse Demosthenes dicit: *ἐγὼ δ᾽ ἐσκέφθαι μὲν φημί, καὶ οὐκ ἂν ἀρνηθείην, καὶ μεμελετηκέναι γ᾽ ὡς ἐνῆν μάλιςα ἐμοί* etc. §. 52. a. In oratione qua id agitur, ut tam concitentur animi quam mentibus persuadeatur, saepe perbene repetuntur quaedam, sicut hac oratione modus, quo opulenti paupere multitudine uti solet §. 50. c. et 54. b., aut modus, quo ipse Orator hominem quendam appellat. Etiam defendisse mihi visus sum superioribus locum, quo exposita nequitia, qua usus est Midias in Stratonem arbitrum, verba facit, quibus misericordiam expetituro Midiae obsit, etiam inferiore loco de eadem re loquuturus. Contra et ipse arbitror repetitam similitudinem, in qua vitae rationem et *ἐράνου* versari dicit, ita explicandum esse: sententia duobus locis quum bene accommodari posset, interim duobus scripserat Orator, ut in limanda oratione de hac re decerneret. Non raptim scribenti inscio rem accidisse, firmatur cura, qua sententiis suum cuique locum electum esse vidimus. De §. 9. v. Exc. XIV. Si suspicari firmis argumentis cogimur, post primos testes de injuriis Demostheni inlatis introductos, alia testimonia deesse, si *τὰ ὑπομνήματα τῶν Μειδίου ἀδικημάτων* in oratione non habemus, nihil nobis dicendum est, quam litis instrumenta quaedam interiisse.

Eam ob caussam desiderari quaedam in hac oratione, quod litem abjecit Demosthenes, neque orationem habuit, notum est. Boeckh et acute et recte, ut mihi quidem videtur, demonstravit, orationem ante abjectam litem conscriptam esse. Conscriptam autem esse eam quarto anno Ol. 106., refutatis Tayloro Wolfioque, contendentibus, posteriores res gestas orationi immixtas esse. Haec sufficiant.

ΛΙΒΑΝΙΟΥ

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΟΥ ΚΑΤΑ ΜΕΙΔΙΟΥ ΛΟΓΟΥ.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΚΟΝΔΥΛΟΥ.

Ἑορτὴν ἦγον οἱ Ἀθηναῖοι Διονύσῳ, ἣν ἐκάλουν ἀπὸ τοῦ θεοῦ Διονύσια· ἐν δὲ ταύτῃ τραγικοὶ καὶ κωμικοὶ καὶ αὐλητῶν χοροὶ διηγωνίζοντο. καθίςασαν δὲ τοὺς χοροὺς αἱ φυλαὶ, δέκα τυγχάνουσαι· χορηγὸς δὲ ἦν ἑκάςης φυλῆς, ὁ τὰ ἀναλώματα παρέχων τὰ περὶ τὸν χορόν. ὁ τοίνυν Δημοσθένης τῆς ἑαυτοῦ φυλῆς, τῆς Πανδιονίδος, ἐθελοντὴς ὑπέςη χορηγός. ἐχθρῷ δὲ κεχρημένος τῷ Μειδίᾳ, τῶν πλουσίων ἑνὶ, φησὶ μὲν καὶ ἄλλα παρὰ 1) τὴν χορηγίαν αὐτοῦ πεπονθέναι 2) κακῶς, τὸ δὲ τελευταῖον ἐπὶ τῆς ὀρχήςρας κονδύλους ἔλαβεν ἐναντίον πάντων τῶν θεατῶν. ἐπὶ τούτῳ κατηγόρησεν ἐν τῷ δήμῳ τοῦ Μειδίου, ὡς ἠσεβηκότος εἰς τὴν ἑορτὴν καὶ τὸν Διόνυσον. ἐκαλεῖτο δὲ ἡ τοιαύτη κατηγορία, προβολή 3). ὁ μὲν οὖν δῆμος κατέγνωκε τοῦ Μειδίου τὴν ἀσέβειαν.

1) Hoc ex mss. aliquot allatum utique praeferri debuit ceterorum scripturae *ἐπί* vel *ὑπό* et pravae Hier. Wolfii conjecturae *περί*. Cf. orat. §. 1. a.

2) Vix dubito quin sit scribendum *παρὰ τὴν χορηγίαν ὑπ᾽ αὐτοῦ πεπ.* Lenem in voce *αὐτοῦ* spiritum praebent codd. aliquot. *SPALD.*

3) Videtur latius patuisse hoc actionis genus, quam hic a Libanio et a Thoma Magistro quoque finitur, qui tamen ubi dixit, fuisse actionem in eos qui in festo Dionysiorum deliquissent, addit: *καταχρηςικῶς δὲ καὶ τὴν περὶ πάσης δίκης κατηγορίαν.* *SPALD.* Lex Rhet. Seguer. p. 288. *Προβολὴ καὶ Προβάλλεσθαι. τὸ παράγειν εἰς τὴν ἐκκλησίαν τὸν βουλόμενον, καὶ ἀποφαίνειν ὡς ἠδίκησεν εἴτις δοκοίη ἀδικεῖν, καὶ τοὺς συκοφάντας καὶ τοὺς περὶ τὰ μυςήρια ἢ Διονύσια ἀδικοῦντας.* (Tironibus observo *τὸν βουλόμενον* esse subjectum, objectum autem contineri illis *εἴτις δοκοίη* et quae sequuntur.) Vid. et Timaeum in voce ibique Ruhnk. p. 224. Omnium autem diligentissime de *προβολῇ* omnia collegit *Schoemannus* in libro de Comitiis Atheniensium (Gryph. 1819. 8°.) p. 227. Add. Boeckhium in Comment. de Chronologia Orat. c. Mid. p. 65 sqq. Meierum et Schoemannum in libro qui inscribitur: Der Attische Process III. p. 271 sqq., Heffterum in li-

A

ἀγωνίζονται δὲ νῦν ἐν δικαστηρίῳ περὶ τῆς τοῦ δήμου καταχειροτονίας. ἔδει γὰρ, καταγνόντος τοῦ δήμου, δικαστήριον κρῖναι δεύτερον. ἔστιν οὖν ὁ ἀγὼν περὶ ὑποτιμήσεως. οὐ γὰρ περὶ τοῦ μηδὲν ἀδικεῖν ὁ Μειδίας ἀγωνίζεται, ἀλλὰ περὶ τοῦ τιμήματος, πότερον ὕβρεως ἢ ἀσεβείας ὀφείλει δίκην. ὁρικὸς οὖν ὁ λόγος τῇ στάσει[4]) τοῦ μὲν Μειδίου λέγοντος, ὕβριν εἶναι τὸ πραχθὲν, ἐπειδὴ τετύπτηκεν ἄνδρα ἐλεύθερον· τοῦ δὲ Δημοσθένους, ἀσέβειαν, ἐπειδὴ χορηγὸς ὁ τετυπτημένος, καὶ ἐν Διονυσίοις, καὶ ἐν τῷ θεάτρῳ. διὰ γὰρ τούτων καὶ ἠσεβηκέναι τὸν Μειδίαν φησίν· ὡς εἶναι διπλοῦν ὅρον κατὰ σύλληψιν, ὅταν μὴ ἐκβάλλοντες τὸ ὑπὸ τῶν ἀντιδίκων εἰσαγόμενον ὄνομα, καὶ ἕτερον αὐτῷ προστιθῶμεν. ὥσπερ ἐνταῦθα ὁ Δημοσθένης, τοῦ Μειδίου λέγοντος ὑβρικέναι, οὐκ ἐκβάλλει μὲν οὐδὲ τὴν ὕβριν, προστίθησι δὲ αὐτῇ καὶ τὴν ἀσέβειαν.

ΑΛΛΗ ΥΠΟΘΕΣΙΣ [5])

Διάφοροι παρὰ Ἀθηναίοις ἤγοντο ἑορταὶ, ἐν αἷς ἦν τὰ Παναθήναια, ἅπερ ἦν διπλᾶ, μικρά τε καὶ μεγάλα· καὶ τὰ μὲν μεγάλα κατὰ πενταετηρίδα ἐπετελεῖτο, τὰ δὲ μικρὰ κατὰ τριετηρίδα. ἐν μὲν οὖν τοῖς μεγάλοις γυμνάσιά τινα ἐγίνοντο, καὶ προὔβαλλετο

bro quem inscripsit: Die Athenäische Gerichtsverfassung II. p. 229 sqq.] Itaque certum est hodie, προβολὴν factam esse in causis compluribus quae vel summam reip. vel populi jura spectarent: perverse autem eam a Tayloro in praef. ad hanc or. dici Provocationem ad populum, cum primo potius loco hae causae ad populum delatae sint, ut praejudicium ejus de reo fieret, quod jam actori ulterius persequendum esset. Bene autem Schoemannus praeeunte Heraldo hanc προβολὴν latine nomine *querelam* dicit. Nobis hodie, ubi tale quid in usu est, dicitur *die vorläufige Anklage.*

4) De *constitutione causarum*, vel statu, et quidem hac potissimum *definitiva* (ὁρικὴ στάσις) consulendus est Cic. de Inv. 1, 8. (10.), item Quint. III, 6, 79. et passim eo capite; loquitur enim Fabius ut de nota re, neque justam adhibet definitionem. SP.

5) Spaldingus hoc alterum incerti auctoris Argumentum ob taedium rhetoricarum expositionum quae adhaerent ei omiserat. Nobis tamen prior praecipue pars ejus, quae tota est historica, utilis tironibus quoque visa est, posterior autem quaedam tamen continere quae ad criticam orationis tractationem facere possent. Quare integrum recudendum curavimus et quidem emendatius quam apud Reiskium legitur, qui varietatem lectionis ex margine Ed. Paris. ne adnotavit quidem. Ex hac itaque, nec non e codd. Bekkero collatis, nonnulla adoptavimus tacite; de aliis in notis monemus. Versus finem argumenti multa sine ordine et consilio congesta sunt; quibus tamen neque criticam neque exegeticam manum admovere sustinuimus, nisi quod ultimum colon, quod alius manifesto auctoris est, signo disjunximus.

ἀφ᾽ ἑκάστης φυλῆς εἷς γυμνασίαρχος λαμβάνων χρήματα εἰς τὸ γυ-
μνάζειν τοὺς ἐπιτελέσοντας τὴν ἑορτὴν, καὶ διδόναι τὰς τούτων δα-
πάνας τοῖς τῆς ἑαυτοῦ φυλῆς. Ἤγετο δὲ παρ᾽ αὐτοῖς καὶ τὰ Διο- 2
νύσια, καὶ ταῦτα διπλᾶ, μικρά τε καὶ μεγάλα· καὶ τὰ μὲν μι-
κρὰ ἤγετο κατ᾽ ἔτος, τὰ δὲ μεγάλα διὰ τριετηρίδος, ἐν τοῖς λη-
ναίοις [6]), ἐν οἷς προὐβάλλετο χορηγὸς ἀφ᾽ ἑκάστης φυλῆς πρὸς τὸ
τρέφειν χοροὺς παίδων τε καὶ ἀνδρῶν. ἐλάμβανε δὲ εἰς τοῦτο χρή-
ματα. ἐπιστάσης δὲ τῆς ἑορτῆς ἠγωνίζοντο πρὸς ἀλλήλους οἱ χορη-
γοὶ καὶ ἤριζον ὕμνους εἰς τὸν Διόνυσον ᾄδοντες. καὶ τῷ νικῶντι
τρίπους τὸ ἆθλον ἦν, ἐπειδὴ τὸν αὐτὸν Ἥλιον καὶ Ἀπόλλωνα καὶ
Διόνυσον ᾤοντο [7]). παυομένης δὲ τῆς ἑορτῆς ἐν τῷ πρώτῳ μηνὶ
προὐβάλλοντο οἱ χορηγοὶ τῆς μελλούσης ἑορτῆς. Ἐν τοίνυν τῷ
παρόντι καιρῷ προεβλήθησαν οἱ χορηγοὶ ἑκάστης φυλῆς. ἐσπάνιζε
δὲ ἡ Πανδιονὶς, ἡ τοῦ Δημοσθένους φυλὴ, χορηγοῦ, καὶ ἠμέ-
λησε τὸ πρῶτον ἔτος, τὸ δεύτερον, τὸ τρίτον. ἔθος δὲ ἦν πρὸ μη-
νὸς τῆς ἑορτῆς τὸν ἄρχοντα συνάγειν τοὺς χορηγοὺς ἑκάστης φυλῆς
εἰς τὸ κληροῦσθαι [8]) περὶ τῶν αὐλητῶν. καὶ ἐλθόντων τῶν χορη-
γῶν ἑκάστης φυλῆς πλὴν τοῦ τῆς Πανδιονίδος, ἰδὼν ὁ Δημοσθένης
τὴν ἑαυτοῦ φυλὴν ἀτιμαζομένην παρὰ πάντων τῷ μὴ κεκτῆσθαι χο-
ρηγὸν, αὐτεπάγγελτον καὶ αὐτοχειροτόνητον ἑαυτὸν χορηγὸν τῇ φυλῇ
καθίστησι. Κἀντεῦθεν ἐνῃνεῖτο παρὰ πάντων· καὶ δὴ κληρουμένου 4
αὐτοῦ περὶ τῶν αὐλητῶν συνέπραξεν αὐτῷ ἡ τύχη τῇ προθυμίᾳ·
καὶ ἔλαχεν αὐτῷ ὁ κάλλιστος τῶν αὐλητῶν ὁ Τηλεφάνης. θέλων οὖν
ὁ Δημοσθένης κοσμῆσαι τὸν αὐτοῦ χορὸν πλέον τῶν ἄλλων, ἐποί-
ησεν αὐτοὺς φορέσαι [9]) χρυσοῦς στεφάνους. Μειδίας δὲ τῶν πολι- 5
τευομένων τις ὢν σφόδρα πλούσιος καὶ πολλὰ δυνάμενος, ἐχθρὸς
τῷ Δημοσθένει γεγονὼς διὰ τὰς αἰτίας ἃς ἐρεῖ μετὰ μικρὸν ἐν τῷ
λόγῳ, πολλάκις καὶ ἄλλα παρηνώχλει καὶ ἐπηρέαζε, καὶ δὴ καὶ, ὡς
ὁ Δημοσθένης λέγει, ὅτι ὀμνυόντων τῶν κριτῶν τῷ καλῶς ᾄσαντι
δοῦναι τὴν νίκην, νύττων αὐτοὺς ὁ Μειδίας ἔλεγε, πλὴν Δημοσθέ-
νους [10]). ὅθεν ὁ Δημοσθένης ἐβόα ἐλέγχων αὐτόν. καὶ τελευτῶν
εἰς τοιαύτην ἦλθε μανίαν ὁ Μειδίας ὥστε ἐν τῷ θεάτρῳ κόνδυλον 6
αὐτῷ παρασχεῖν καὶ τὴν ἱερὰν περιῤῥῆξαι ἐσθῆτα. καὶ ἰδὼν ὁ δῆ-
μος ἐπεσύριττεν· ὃ παρὰ τοῖς παλαιοῖς ἐπὶ κακοῦ ἐλαμβάνετο.

6) Plena haec errorum. Veriora quaere in Excursu I. et in Boeckhii commentatione ibi laudata.

7) Gerras grammaticas esse has origines facile apparet.

8) Vulgo hic legitur λαχεῖν, et mox καὶ δὴ λαχόντος αὐτοῦ, soloece utrobique. Quare cum altero loco legitimum κληρουμένου in varietate notatum esset, non dubitavi hic quoque corrigere κληροῦσθαι. Quod autem paulo post legitur ἔλαχεν αὐτῷ, pro *sorte obtigit ei*, quamvis rara significatione, probum tamen est: vid. Ruhnk. ad Tim. p. 173.

9) Barbara sequioris aetatis flexio verbi φορεῖν.

10) Vide de hoc loco et de aliis quibusdam quae in oratione ipsa non inveniuntur Exc. II.

ἀπελθὼν δὲ ὁ Δημοσθένης ἐσκέψατο τὸν παρόντα λόγον, κατηγορῶν αὐτοῦ δημοσίων ἀδικημάτων. ἐν ᾧ καὶ διαβάλλει τὸν Μειδίαν ὡς κλέψαντα ἀπὸ τῶν χρυσῶν ϛεφάνων παρὰ τοῦ χρυσοχόου.
7 Ἄγει τοίνυν αὐτὸν ἐπὶ τὴν κρίσιν ὁ ῥήτωρ, καταφορᾷ [11]) πλείϛῃ
καὶ τόπῳ σφοδρῷ [12]) προσχρησάμενος. ἡ γὰρ τοῦ Μειδίου ποιότης
καὶ ἡ τῶν πραγμάτων προπέτεια τῇ καταδρομῇ συμμαχεῖ· ἡ δὲ ϛάσις ὁρικὴ. ζητούντων ἡμῶν ἴδιον ὄνομα τῷ ἐγκλήματι. ὁ μὲν γὰρ
8 Μειδίας ἰδιωτικὸν, ὁ δὲ ῥήτωρ δημόσιον εἶναι κατασκευάζει. Ὅρος
γάρ ἐϛιν, οὗ [13]) τὸ μὲν πέπρακται τὸ δὲ λείπει πρὸς τὸ τέλειον τοῦ ὀνόματος τοῦ ἐπιτεθησομένου τῷ πράγματι. ὡς ἐπὶ τοῦ τὸ κενοτάφιον ὀρύξαντος καὶ κρινομένου τυμβωρυχίας. ἐνταῦθα γὰρ πέπρακται μὲν τὸ ὀρύξαι, λείπει δὲ τὸ τάφον ὀρύξαι. λέγει γὰρ ὁ φεύγων, ὤρυξα μὲν, οὐ τάφον δέ· οὐ γὰρ εὗρον νεκρόν. ὁ δὲ διώκων ἀντιφέρει, ὅτι τὸ διορύξαι κενοτάφιον τυμβωρυχίαν καλῶ. οὐ γὰρ αὐτὸς [14]) ᾔδεις ὅτι κενοτάφιόν ἐϛιν· ἀλλ' ὡς τάφον ὀρύττων,
9 ἐπεὶ κενοτάφιον εὕρηται, ἀξιοῖς μὴ δοῦναι δίκην; Οὕτω κἀνταῦθα
πέπρακται μὲν τὸ τύψαι τὸν Δημοσθένην, λείπει δὲ τὸ καλέσαι τὸν αὐτοχειροτόνητον, χορηγόν. ὁ γὰρ Δημοσθένης λέγει ὅτι χορηγὸν ἔτυψας, ὁ δὲ Μειδίας ὅτι χορηγὸν ἁπλῶς οὐκ ἔτυψα, αὐτοχειροτόνητος γὰρ ἦσθα, ἀλλ' ἰδιώτην· τοῦτο δὲ οὐκ ἐϛι δη-
10 μόσιον ἀδίκημα. Διπλοῦς δὲ ὁ ὅρος, εἰδοῦς τοῦ κατὰ σύλληψιν. κατὰ σύλληψιν δέ ἐϛιν, ὅταν ὁ διώκων τὴν αὐτοῦ δικαιολογίαν καὶ τὴν τοῦ φεύγοντος εἰς ἓν συνάγῃ. ἔνθα γὰρ οὐ τὸ μὲν ἐκβάλλει τις, τὸ δὲ δέχεται, ἀλλ' ἀμφότερα συγκροτεῖ καὶ συλλαμβάνει, τοῦθ' ὑπάγομεν τῷ εἴδει. φαίνεται οὖν ὁ ῥήτωρ ἐν πολλοῖς τοῦτο ποιῶν μέρεσι, καὶ φάσκων, ἅμα αὐτῷ καὶ τὴν
11 πόλιν ὑβρίσθαι. Κεφάλαια δὲ τὰ τῇ τάξει [15]) προσήκοντά ἐϛι
τῷ λόγῳ· τὰ δὲ προοίμια καταφορικὰ, ὑπερβολὴν ἔχοντα πολλὴν, καὶ τῶν περιϛατικῶν αὔξησιν. τὸ γὰρ πρὸς ἅπαντας [16]), καὶ οὐ πρὸς ἐμὲ μόνον, καὶ τὸ ἀεὶ, τὴν μελέτην τῆς ἀτοπίας [17]),
12 καὶ οὐ πρὸς ἅπαξ ἐκ τύχης ἡμαρτηκότα (αὐτὸν) δείκνυσι. Κεφάλαια δὲ τοῦ λόγου ταῦτα, ὅρος, ἀνθορισμὸς, γνωμὴ νομοθέτου, συλλογισμὸς, πηλικότης, πρός τι, καὶ μία τῶν ἀντιθετικῶν. μεθ'
13 ἣν ἐμπίπτει τὸ μεταληπτικὸν καὶ ἀντιληπτικόν. Ἐνταῦθα διὰ τεσ-

11) Paris. 1. ὁρμῇ.

12) Godof. Bernhardy scripsisse arbitratur rhetorem τόνῳ σφοδρῷ. Conf. Dion. Hal. de Demosth. p. 171. τόνος οὐ πολὺς αὐτῇ (facundiae Lysiae) πρόσεϛιν οὐδ' ἰσχύς. παρὰ δὲ τῷ Δημοσθένει πολὺς μὲν ὁ τόνος κ. τ. λ. et mox οὐ γὰρ ὥσπερ τοὺς ἐπιθέτους ἐκδύεται κόσμους οὕτως καὶ τὸ μέγεθος καὶ τὸν τόνον.

13) H. e. ὅπου: cf. mox ἐνταῦθα.

14) Malim αὐτό. V. Gramm. §. 138. I. 6. [151. 2. 6. ed. XV.]

15) Al. ϛάσει.

16) Libri omnes male τὸ γὰρ οὐ πρὸς ἅπαντας.

17) Ἀτοπία recentioribus scriptoribus interdum est πονηρία: vid. Hesych.

σάρων ὅρων ὁ ῥήτωρ ἐμπλέκει τὴν κατηγορίαν, δεικνύων ὅτι δημο-
σίᾳ Μειδίας ἠδίκησεν. ἔςι δὲ ὁ πρῶτος ὅρος οὗτος, ὅτι οἱ ἐν ἑορ-
τῇ ἀδικοῦντες δημόσιον ἀδίκημα ποιοῦσι· δεύτερος ὅρος, καὶ μά-
λιςα οἱ χορηγὸν ἀδικοῦντες. τρίτος ὅρος, ὅτι πᾶσα ὕβρις δημό-
σιόν ἐςιν ἀδίκημα. παραλογίζεται δὲ ἐνταῦθα ἐκ τῆς ὁμωνυμίας τῆς
ὕβρεως. λέγεται γὰρ ὕβρις ἡ δι' αἰσχρουργίας, καὶ ἡ διὰ λόγων,
καὶ ἡ διὰ πληγῶν. δημόσιον δὲ ἀδίκημα ἡγοῦντο τὴν αἰσχρουργίαν.
τῇ οὖν ὁμωνυμίᾳ παρελογίσατο. τέταρτος ὅρος, ὅτι ὁ πάντας ἀεὶ
ὑβρίζων δημοσίᾳ ἀδικεῖ. εἰ γὰρ τὸ δημόσιον ἐκ πάντων συνίςαται,
ἄρα δημόσιον τἀδίκημα. Τίθησι δὲ σπερματικῶς ἐν τῷ προοιμίῳ 14
τοὺς τέτταρας ὅρους. ἐκ τούτων εἰσὶν ἐν τοῖς ἀγῶσι τρεῖς. τὸν δὲ
τέταρτον ὅρον τίθησιν ἐν τῇ παρεκβάσει. καὶ δικαίως. λέγων γὰρ
ὅτι ὁ πάντας ὑβρίζων δημοσίᾳ ἀδικεῖ παρεξέρχεται λέγων τὸν πρό-
τερον αὐτοῦ βίον. Ἔχει δὲ ὁ παρὼν λόγος δύο προοίμια, τὸ πρῶ- 15
τον ἐκ διαβολῆς εἰλημμένον τοῦ ἐναντίου, καὶ ἐκ συστάσεως τοῦ οἰ-
κείου προσώπου, καὶ ἐκ προσοχῆς. ἔςι δὲ ἡ πρότασις διμερής.
καὶ τὸ μὲν πρῶτον μέρος ἀκατάσκευον· τὸ δὲ δεύτερον καὶ αὐτὸ
διμερὲς καὶ κατασκευάζει τούτων ἑκάτερα· εἶτα ἐπιφέρει τὸ συμπέ-
ρασμα, ἐν ᾧ ἐςὶν ἡ προσοχή. [18]) ✽✽ Ὅρος κατὰ σύλληψιν. λέ- 16
γεται δὲ οὕτως ὅταν τοῦ φεύγοντος ἀντονομάζοντος [19]), ὁ διώκων
καὶ τούτῳ κἀκείνῳ ὑπεύθυνον αὐτὸν εἶναι λέγῃ τῷ ὀνόματι. ὥςε
διπλοῦς ἐςιν, ἐπεὶ δύο περιέχει ἐγκλήματα. παράδειγμα, ὁ ςρατη-
γὸς ὁ βιασάμενος τὴν παρακατατεθεῖσαν κόρην ὑπὸ τοῦ πρεσβευτοῦ,
καὶ δημοσίων ἀδικημάτων κρινόμενος, καὶ ἀποκρινόμενος μὴ δη-
μοσίᾳ ἠδικηκέναι, ἀλλὰ βιάσασθαι, ὁ δὲ πρεσβευτὴς ἀμφοτέροις
αὐτὸν φάσκων ὑπεύθυνον εἶναι. Τὸ προοίμιον ἀπὸ τοῦ ἀντιδι-
κου. ὁ δὲ λόγος δι' ἑνὸς εἴδους προάγεται τοῦ δικανικοῦ. τού- 17
του γὰρ καὶ τὸ τέλος δίκαιον, καὶ ἡ κατασκευὴ διὰ τοῦ δικαίου.

TESTIMONIA.

scriptorum veterum ad historiam hujus orationis litisque Midianae facientia.

DIONYS. HALIC. Epist. ad Ammaeum de Demosthene p. 121, 20. *Κατὰ τοῦτον γέγραπται τὸν ἄρχοντα (τὸν Καλλίςρατον* Ol. 107. 4.) *καὶ ὁ κατὰ Μειδίου λόγος ὃν συνετάξατο μετὰ τὴν καταχειροτονίαν ἣν ὁ δῆμος αὐτοῦ κατεχειροτόνησεν.* Boeckhii rationes, quibus hanc definitionem erroris arguit, orationemque anno Ol. 106. 4. vindicat, vide in ej. Comm. de Chronol. Or. Mid. p. 77 sqq. 85.

18) In his enucleandis si quis tempus terere velit, conferenda sunt Ulpiani scholia ad duas primas hujus orationis paragraphos. Nam illuc omnia referuntur quae breviter hic indicantur.

19) Sc. *τὸ ἀδίκημα* sive *τὴν δίκην*: h. e. cum delictum suum sive ipsam causam aliter definit.

Plutarch. Demosth. 12. (p. 851.) *Δῆλος δ' ἐστὶ καὶ τὴν κατὰ Μειδίου παρασκευασάμενος εἰπεῖν δίκην δύο μὲν ἐπὶ τοῖς τριάκοντα γεγονὼς ἔτη* [20], *μηδέπω δ' ἔχων ἰσχὺν ἐν τῇ πολιτείᾳ μηδὲ δόξαν. ὃ καὶ μάλιστά μοι δοκεῖ δείσας ἐπ' ἀργυρίῳ καταθέσθαι τὴν πρὸς τὸν ἄνθρωπον ἔχθραν· Οὐ γάρ τι γλυκύθυμος ἀνὴρ ἦν οὐδ' ἀγανόφρων* (Il. *υ*, 467.), *ἀλλ' ἔντονος καὶ βίαιος περὶ τὰς ἀμύνας. ὁρῶν δ' οὐ φαῦλον οὐδὲ τῆς αὐτοῦ δυνάμεως ἔργον, ἄνδρα καὶ πλούτῳ καὶ λόγῳ καὶ φίλοις εὖ πεφραγμένον καθελεῖν, τὸν Μειδίαν, ἐνέδωκε τοῖς ὑπὲρ αὐτοῦ δεομένοις. αἱ δὲ τρισχίλιαι* [21] *καθ' ἑαυτὰς οὐκ ἄν μοι δοκοῦσι τὴν Δημοσθένους ἀμβλῦναι πικρίαν ἐλπίζοντος* [22] *καὶ δυναμένου περιγενέσθαι.*

Aeschin. c. Ctesiph. p. 61. (441. Rsk.) *Ἢ ταῦτα ἤδη τὰ περὶ Μειδίαν καὶ τοὺς κονδύλους οὓς ἔλαβεν ἐν τῇ ὀρχήστρᾳ χορηγὸς ὤν· καὶ ὡς ἀπέδοτο τριάκοντα μνῶν ἅμα τήν τε εἰς αὐτὸν ὕβριν καὶ τὴν τοῦ δήμου καταχειροτονίαν, ἣν ἐν Διονύσου κατεχειροτόνησε Μειδίου.* Adde verba a Spaldingo in praefatione posita. Nec ab re esse videtur hic ponere ejusdem Aeschinis illa de Midia ibid. p. 69. (506. Rsk.): *Ἐπὶ γὰρ Θεοφράστου ἄρχοντος* (Ol. 110. 1.) — *πυλαγόρας ὑμεῖς εἵλεσθε Μειδίαν τε ἐκεῖνον, ὃν ἐβουλόμην ἂν πολλῶν ἕνεκα ζῆν, καὶ Θρασυκλέα τὸν Λέσβιον, καὶ τρίτον δὲ μετὰ τούτων ἐμέ.*

Isidor. Pelus. Epist. IV, 205. *Πῶς δὲ Δημοσθένης — τὸν Μειδίαν οὐχ εἷλε τὸν τοιαῦτα αὐτὸν κακὰ διαθέντα; ὅτι μὲν γὰρ ἐβούλετο αὐτὸν ἑλεῖν, διὸ καὶ παντὶ σθένει τὴν κατηγορίαν ἔγραψε, δῆλον. διὰ τί οὖν οὐχ εἷλεν; οὐκ ἐπειδὴ ἀσθενεστέρους τοὺς λόγους τῆς τῶν ἐχθρῶν δυναστείας ἐνόμισεν; οὐ γάρ τι λαβὼν, ὡς Αἰσχίνης ἔφη, ἀπέδοτο τὴν καταχειροτονίαν· οὐ γὰρ δέχεται τὴν αἰτίαν τῆς αἰσχροκερδείας ἡ μεγαλοψυχία τοῦ ῥήτορος, οὐδ' ὁ τοῖς ἐπιτρόποις ἀφεὶς τὰ πατρῷα μετὰ τὴν νίκην, οὗτος ἂν ἔλαβεν αἰσχρῶς ἀπὸ τῆς κεφαλῆς* [23]*· ἀλλὰ τοὺς ἐχθροὺς ἰσχυροτέρους ἡγησάμενος τοῦ λόγου, καὶ ὡς πρὸς τὴν ἐκείνων βίαν οὐδαμοῦ φανεῖσθαι τὴν τέχνην λογισάμενος, εὐπρεπῶς κατέθετο τὴν συμφορὰν, ἄμεινον, ἡγησάμενος τῇ πρᾳότητι καθυφεῖναι δόξαι τοῦ κρίσει δικαστῶν ἡττᾶσθαι.*

Phot. Biblioth. cod. 265. p. 800. *Καὶ ὁ κατὰ Μειδίου δὲ καὶ ὁ κατ' Αἰσχίνου λόγος αἰτίαν ἔσχε τοῦ μὴ τὴν αὐτὴν κατὰ πάντα ἀρετὴν τῷ Δημοσθενικῷ διασώσασθαι χαρακτῆρι. καὶ γὰρ ἐν τοῖς δυσὶ τούτοις λόγοις ἐκ διαλειμμάτων τινῶν ταῖς αὐταῖς ἐννοίαις ἐπιβάλλων ἁμιλλᾶσθαι δοκεῖ πρὸς ἑαυτὸν ὥσπερ ἀσκούμενος, ἀλλ' οὐκ ἐπ' αὐτοῖς ἀγωνιζόμενος τοῖς ἔργοις. διὸ καί τινες ἔφησαν ἑκάτερον λόγον ἐν τύποις καταλειφθῆναι, ἀλλὰ μὴ πρὸς ἔκδοσιν διακεκαθάρθαι.* Vid. Spald. in Praef.

20) Vid. hanc. or. 42. d. 21) *Δραχμαί.*

22) H e. sperasset.

23) Respicit, opinor, verba Aeschinis, quae v. in Spald. Praefatione.

ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ

Ο ΚΑΤΑ ΜΕΙΔΙΟΥ ΛΟΓΟΣ

ΠΕΡΙ ΚΟΝΔΥΛΟΥ.

Pag. Τὴν μὲν ἀσέλγειαν, ὦ ἄνδρες δικασαὶ, καὶ τὴν ὕβριν, ᾗ
Rsk. πρὸς ἅπαντας ἀεὶ χρῆται Μειδίας, οὐδένα οὔθ᾽ ὑμῶν, οὔτε
514. τῶν ἄλλων πολιτῶν ἀγνοεῖν οἶμαι. ἐγὼ δ᾽, ὅπερ ἂν καὶ [23a]
ὑμῶν ἕκαςος ὑβρισθεὶς προείλετο πρᾶξαι, τοῦτο καὶ αὐτὸς
ἐποίησα, καὶ προὐβαλόμην ἀδικεῖν τουτονὶ περὶ τὴν ἑορτὴν,
οὐ μόνον πληγὰς ὑπ᾽ αὐτοῦ [23b] λαβὼν τοῖς Διονυσίοις,
ἀλλὰ καὶ ἄλλα πολλὰ καὶ βίαια παθὼν παρὰ πᾶσαν τὴν
χορηγίαν [24]. ἐπειδὴ δὲ, καλῶς καὶ τὰ δίκαια ποιῶν, ὁ δῆ- b.
μος ἅπας οὕτως ὠργίσθη καὶ παρωξύνθη, καὶ σφόδρα ἐ-
σπούδασεν ἐφ᾽ οἷς ἠδικημένῳ μοι συνῄδει, ὥςε, πάντα ποι-
515. οῦντος τούτου καί τινων ἄλλων ὑπὲρ αὐτοῦ, οὐκ ἐπείσθη,
οὐδ᾽ ἀπέβλεψεν εἰς τὰς οὐσίας τὰς τούτων, οὐδὲ τὰς ὑπο-

[23a *καὶ ὑμῶν — καὶ αὐτὸς* etc. Sic codd. Vulg. ante Wolfium: *ὅπερ ἂν ὑμῶν ἑκ. καὶ ὑβρισθείς*. Quamquam *καὶ* ante *ὑμῶν*, ut Schaefer quoque annotat, supervacaneum est, quum mox sequatur *καὶ* ante *αὐτὸς*, tamen loco moveri anteque *ὑβρ*. poni non potest, quo in loco positum sententiam corrumperet. Socordia quaedam venusta est, quae inest etiam in proxime sequentibus verbis, quorum *καὶ* positum est pro *γὰρ* explicativo.]

[23b Quum *πληγας λαμβάνειν* idem sit quod pass. *πλήττεσθαι*, *ὑπ᾽ αὐτοῦ* poni potuit pro *παρ᾽ αὐτοῦ*. cf. *πρὸς Ἀπατούριον* p. 896: *ὁ δὲ Παρμένων ἐδικάζετο τούτῳ τῶν τε πληγῶν ὧν ἔλαβεν ὑπὸ τούτου* — cf. *κατὰ Κόνωνος* p. 1261.]

95 Variant codices ita, *ἐνέγκαι μοι, ἐνέγκοι μοι, ἐνέγκαιμι, ἐνεγκαίμην*. Displicet mihi nescio quid in vulgata: neque video cur, quae H. Wolfii erat sententia, in lectione *ἐνεγκαίμην* necessaria sit mutatio illius *τοῦτ᾽* in *τούτου*. Explicari potest illud per *διὰ τοῦτο*. *SP.* Spaldingi rationi hoc videtur obstare, quod nisi sollemni usu accusativus talis, sicut notum illud *ταῦτ᾽ ἄρα* (vid. Bos. Ellips. p. 404.), nititur, prosam is non decet. Neque duplicis accusativi, ut paulo ante in illis *τοῦτο αὐτὸν προὐβαλόμην*, hic est locus. Immo haec, *χάριν τοῦτο φέρομαι* appositionis speciem prae se ferrent, quae sensum hic plane inverteret. Genitivum autem *τούτου*, si quidem in animo habuit auctor dicere *ἐνεγκαίμην*, sollemnem alias illum in structura vocis *χάρις*, ideo hic declinavit orator, quoniam intercedit illud *βλάβην*, quocum coire hic non potest *τούτου*. Hinc est, quod in loco plane simili Andocides (pro Reditu p. 21, 2.) dixit *χάριν οὖν εἰκός με, οὐ μῖσος, τῷ δυστυχήματι τούτῳ φέρεσθαι παρ᾽ ὑμῶν*. Neque tamen eo adducor ut *τούτῳ — ἐνεγκαίμην* apud nostrum quoque scribam. Una eademque potius ratio fecit, ut pro *χ. φέρομαι τούτου* minus usitate uterque scriberet, ille *χ. φέρομαι τούτῳ*, hic *χ. φέρει μοι τοῦτο*.

96 Vulgo *τούτῳ*. Spaldingus: „Malim *ἐκείνῳ* cum codd. aliquot, propter sequens *τοῦτο*, ne eodem sono obtundamur; nisi forte figura est in hac geminatione." Dedi *ἐκείνῳ* cum Bekkeri optimis.

λεμῶ, διὰ τοῦτό με ἀναιρήσετε; τὰ τοιαῦτα πολλάκις οἶδ' 524.
ὅτι φθέγξεται, βουλόμενος φθόνον τινὰ ἐμοὶ [97] διὰ τούτων
b. τῶν λόγων συνάγειν. ἔχει δ' οὐχ οὕτω ταῦτα, οὐδ' ἐγγύς.
οὐδένα γὰρ τῶν ἀδικούντων ὑμεῖς οὐδενὶ τῶν κατηγόρων
ἐκδίδοτε· οὐδὲ γάρ, ἐπειδὰν ἀδικηθῇ τις, ὡς ἂν ἕκαστος [98]
ὑμᾶς ὁ παθὼν πείσῃ, ποιεῖσθε τὴν τιμωρίαν, ἀλλὰ τοὐναν-
τίον, νόμους ἔθεσθε πρὸ τῶν ἀδικημάτων ἐπ' ἀδήλοις μὲν
τοῖς ἀδικήσουσιν, ἀδήλοις δὲ τοῖς ἀδικησομένοις [99]. οὗτοι
c. δὲ τί ποιοῦσιν οἱ νόμοι; πᾶσιν ὑπισχνοῦνται τοῖς ἐν τῇ
πόλει δίκην, ἂν ἀδικηθῇ τις, ἔσεσθαι δι' αὑτῶν [99a] λαβεῖν. ὅταν
τοίνυν τῶν παραβαινόντων τινὰ τοὺς νόμους κολάζητε, οὐχὶ [99b]
τοῖς κατηγόροις τοῦτον ἐκδίδοτε, ἀλλὰ τοὺς νόμους ὑμῖν
d. αὐτοῖς βεβαιοῦτε. ἀλλὰ μὴν πρός γε τὸ τοιοῦτον, ὅτι Δη-
μοσθένης, φησίν, ὕβρισαι, δίκαιος καὶ κοινὸς καὶ ὑπὲρ ἁπάν-
των ἔσθ' ὁ λόγος. οὐ γὰρ εἰς Δημοσθένην ὄντα με ἠσέλ-
γαινε μόνον ταύτην τὴν ἡμέραν, ἀλλὰ καὶ εἰς χορηγὸν ὑμέ-
τερον· τοῦτο δ' ὅσον δύναται, γνοίητ' ἂν ἐκ τῶνδε [99c]. ἴσε
e. δήπου τοῦθ', ὅτι τῶν θεσμοθετῶν [100] τούτων οὐδενὶ θεσμο-
θέτης ἔς' ὄνομα, ἀλλ' ὁτιδήποτε ἑκάςῳ. ἂν μὲν τοίνυν
ἰδιώτην ὄντα τινὰ αὐτῶν ὑβρίσῃ τις, ἢ κακῶς εἴπῃ, γραφὴν

97 Non male Reiskius videtur monere, ob sequentia convenientius hic fore ὑμῖν. *SP.* [Recte ἐμοί.]

98 An ἑκάςοτε vel ἑκάςοθ' —? *SP.* Non accedo. Sine illo ἕκαςος enim verbum ὁ παθὼν soli τὶς adhaereret, istud autem ἑκάςοτε cum illo ἐπειδὰν nonnisi pluscula in uno judicio accusatoris conamina nobis offerret. Ita periret vis plurativa, qua aptissime hic pollent verba ἕκαςος ὁ παθών.

99 Cum boni aliquot codd. infra §. 60. c. darent ἀδικηθησόμενον pro forma media, Reiskius formam illam passivam non ibi tantum sed hic etiam, ubi nullus eam codex praebet, in textum intulit. Temere. Nam passive Futurum Medii apud Atticos usurpari in verbis quam plurimis, nemo hodie ignorat. Vid. Küster de Verb. Med. sect. III. Ern. ad Xen. Mem. 3, 7, 9. Duker ad Thuc. 2. 87. et quos laudat Gottl. ad Thuc. 1, 142. [Gramm. §. 123, 3. (§. 113. 6. ed. XV.)] Verbum ipsum ἀδικήσεσθαι sic habes ap. Xen. Cyrop. 3, 2, 9. (18.) Thuc. 5, 56. Plat. Gorg. p. 509. d. *SP.* — Νόμους ἔθεσθε ἐπὶ — οις. Hdf. ad Gorg. §. 96.

[99a Vulg. ante patrem αὐτῶν]

[90b Sic codd. Laur. Aug. Par. kr. Praeferendum videtur ceterorum codd. οὐ.]

[99c Sic Coisl. Ven. Par. krt. Ceteros suos sequutus Bekker recepit τωνδί, quod probavit Meier, et ego quoque recte illum fecisse arbitror.]

[100 Thesmothetae enim praesides erant judiciorum, in quae probolae inducebantur. V. Meier et Schoem. l. l. p. 64.]

§. 10.

ὕβρεως καὶ δίκην κακηγορίας ἰδίαν φεύξεται· ἐὰν δὲ θεσμο-
θέτην, ἄτιμος [101] ἔσαι καθάπαξ. διὰ τί; ὅτι τοὺς νόμους f.
ἤδη ὁ τοῦτο ποιῶν προσυβρίζει, καὶ τὸν ὑμέτερον κοινὸν
σέφανον [2], καὶ τὸ τῆς πόλεως ὄνομα· ὁ γὰρ θεσμοθέτης
οὐδενὸς ἀνθρώπων ἔς᾽ ὄνομα, ἀλλὰ τῆς πόλεως. καὶ πάλιν
γε τὸν ἄρχοντα ταὐτὸ τοῦτο [3] ἐὰν μὲν ἐσεφανωμένον πατάξῃ
τις ἢ κακῶς εἴπῃ, ἄτιμος· ἐὰν δὲ ἰδιώτην, ἰδίᾳ ὑπόδικος.
525. καὶ οὐ μόνον περὶ τούτων οὕτω ταῦτ᾽ ἔχει, ἀλλὰ καὶ περὶ g.
πάντων, οἷς ἂν ἡ πόλις τινὰ ἄδειαν [4] ἢ σεφανηφορίαν ἤ τινα
τιμὴν δῷ. οὕτω τοίνυν καὶ ἐμὲ εἰ μὲν ἐν ἄλλαις τισὶν ἡμέ-
ραις [5] ἠδίκησέ τι τούτων Μειδίας ἰδιώτην ὄντα, ἰδίᾳ καὶ
δίκην προσῆκεν αὐτῷ διδόναι· εἰ δὲ χορηγὸν ὄντα ὑμέτερον,
ἱερομηνίας οὔσης, πάνθ᾽ ὅσα ἠδίκηκεν [6] ὑβρίσας φαίνεται,
δημοσίας ὀργῆς καὶ τιμωρίας δίκαιός ἐσι [7] τυγχάνειν. ἅμα
γὰρ τῷ Δημοσθένει καὶ ὁ χορηγὸς ὑβρίζετο· τοῦτο δ᾽ ἐσὶ τῆς
πόλεως ὄνομα· καὶ ταῦτ᾽ αὐταῖς [8] ταῖς ἡμέραις, αἷς οὐκ
ἐῶσιν οἱ νόμοι. χρὴ δὲ, ὅταν μὲν τίθησθε [9] τοὺς νόμους, h.
ὁποῖοί τινές εἰσι σκοπεῖν, ἐπειδὰν δὲ θῆσθε, φυλάττειν καὶ

[101 V. Boeckh. l. l. p. 401.]

2 Quo ornatus est Thesmotheta, cum in munere est.

[3 Constructionem Reiskius minus recte expedivit particulam conditionalem iterans. Ejusdemmodi constructio est p. 525, 3. Formulam ταὐτὸ τοῦτο, quae recurrit p. 526, 28. compares cum solemni illa, τοὐναντίον. Cave autem his similibusque in formulis subaudias praepositionem κατά. *SCHAEFER.*]

[4 V. Boeckh. l. l. Vol. II. p. 184.]

5 Laudo Godof. Bernhardy sententiam, ἐν delendum esse. Conf. mox αὐταῖς ταῖς ἡμέραις, quibus verbis ad illa superiora respicitur. [Neque vero omittunt nisi Par. t. et Coisl.]

6 Hanc codd. tantum non omnium scripturam loco vulgatae ἠδίκησεν in textum nunc intuli. A quo consilio me non absterruit additum aoristum ὑβρίσας. Nam Perfectum positum est respectu temporis praesentis, Aoristum respectu temporis illius, velut si additum esset τότε vel ἑκάςοτε.

7 Vid. Gramm. §. 138. I, 7. [§. 151. I. 7. ed. XV.]

8 Sine haesitatione adoptanda haec Augeri certissima emendatio pro vulgato καίτοι ταύταις, quae mera fuerat correctio ejus quod in plurimis optimisque codd. est, καὶ τὸ ταύταις. Vid. infra §. 16. b. ubi itidem mentioni ὕβρεως in choragum additur καὶ ταῦτ᾽ ἐν αὐτῷ τῷ ἀγῶνι. [Patri assentior, neque Bekk. et Meier καὶ τὸ ταύταις servando ut videtur probantes neque Schaefer. καὶ τοιαύταις ex Bodl. cod. recipientem sequendos duco.]

[9 Τιθῆσθε revocavit Bekker, cujus v. praefat. ad Thucyd. (1824.) p. IV. *SCHAEFER.*]

χρῆσθαι. καὶ γὰρ ἔνορκα[110] ταῦθ᾽ ὑμῖν ἐςὶ, καὶ ἄλλως δίκαια. ἦν ὁ τῆς βλάβης ὑμῖν νόμος πάλαι [11], ἦν ὁ τῆς αἰκίας, ἦν ὁ τῆς ὕβρεως. εἰ τοίνυν ἀπέχρη τοὺς τοῖς Διονυσίοις τι ποιοῦντας τούτων κατὰ τούτους τοὺς νόμους δίκην διδόναι, οὐδὲν ἂν ὑμῖν[11a] προσέδει τοῦδε τοῦ νόμου. ἀλλ᾽ οὐκ
i. ἀπέχρη· σημεῖον δέ· ἔθεσθέ [12] ἱερὸν νόμον αὐτῷ τῷ θεῷ περὶ τῆς ἱερομηνίας. εἴ τις οὖν κἀκείνοις τοῖς προϋπάρχουσι νόμοις, καὶ τούτῳ τῷ μετ᾽ ἐκείνους τεθέντι, καὶ πᾶσι τοῖς λοιποῖς ἐς᾽ ἔνοχος, ὁ τοιοῦτος πότερα μὴ δῷ διὰ τοῦτο δίκην, ἢ μείζω δοίη [13] δικαίως; ἐγὼ μὲν οἶμαι μείζω.

110 Ita nos e Cod. Aug. Paris. kr, pro vulg. εὔορκα, cujus rei rationem reddimus in Indice v. ἔνορκος.

11 Lambinus in indice var. lect. hic inserit haec verba, ην ὁ τῶν βιαίων, neglecta a Reiskio, quia ab ipso Lambino ea profecta putabat. Sed qui tandem haec potissimum desiderare hic potuit ille? Quare cum tam negligenter Lambinus, ut in prolegomenis exposui, usus sit codicibus Parisinis, multamque postmodo in libellum illum conjecerit; hoc etiam additamentum genuinum esse puto: neque me quamvis grave hoc absterret quod in sex Regiis Parisinis nihil tale invenit Bekker, quando de octo illis Morellianis tam parum nobis hodie constat. Accedit ex re ipsa hoc argumentum, quod in hac legum enumeratione haec ceteris tam cognata omitti vix potuit ab oratore: nihil autem magis in consuetudine librariorum est hac negligentia in descriptionibus, quibus eadem formula, ut hic ἦν ὁ —, saepius iteratur. Addiderit aliquis hoc etiam, quod Harpocratio in voce βιαίων nostrae orationis mentionem facit ita: Βιαίων, ὄνομα δίκης κατὰ τῶν βίᾳ πραττόντων ὁτιοῦν. ὁ δὲ ἁλοὺς ἀποτίνει εἰς τὸ δημόσιον ἴσον (insere ὅσον) τῷ ἑλόντι. Δημοσθένης κατὰ Μειδίου. Recte tamen Boeckhius (Staatshaush. d. Ath. I. p. 404. 405. Not.) existimare videtur, orationem hanc ab Harpocratione citatam esse non propter vocem ipsam βιαίων, sed propter multam, memoratam infra §. 13. b. tametsi ibi non forma βιαίων, sed substantivum βία legitur. [Demosthenes ad injuriam qua ipse affectus erat spectans, earum tantum causarum mentionem facit, quae de tali injuria fieri poterant, in quarum numero non est causa βιαίων, quae pertinet ad alius generis injuriam, quamobrem verba ἦν ὁ τῶν βιαίων hic locum habere non poterant. De crimine βιαίων v. Meier. et Schoem. l. l. p. 544 sqq.]

[11a Sic Vulg. et codd. Ven. Coisl. Par. krt. Bekker et Meier ὑμῖν omiserunt.]

12 Marklandus subjicit γάρ, quod est ex usu satis constanti Graecorum post σημεῖον δέ, τεκμήριον δέ, ut statim infra §. 41. c. Vide de hac structura Morum ad Isocr. Paneg. p. 39. et Bachium ad Xenoph. Sympos. 4. 17. *SP.* Vid. Gramm. §. 138. IV, 6. [§. 151. IV. 6. ed. XV.]

13 Aut δῷ repetendum, aut ἢ μείζω ἂν δοίη scribendum.

§. 11.

Ἀπήγγελλε[114] τοίνυν τίς μοι περιιόντα αὐτὸν συλλέγειν καὶ 11
πυνθάνεσθαι, τίσι πώποτε συμβέβηκεν ὑβρισθῆναι· καὶ λέ-
γειν τούτους καὶ διηγεῖσθαι πρὸς ὑμᾶς μέλλειν· οἷον, ὦ ἄν-
δρες Ἀθηναῖοι, τὸν πρόεδρον, ὅν ποτέ φασιν ἐν ὑμῖν ὑπὸ
Πολυζήλου πληγῆναι, καὶ τὸν θεσμοθέτην[15] ὡς ἔναγχος
ἐπλήγη τὴν αὐλητρίδα ἀφαιρούμενος, καὶ τοιούτους τινάς·
526. ὡς, ἐὰν πολλοὺς ἑτέρους πολλὰ καὶ δεινὰ[16] πεπονθότας
ἐπιδείξῃ, ἧττον ὑμᾶς ἐφ' οἷς ἐγὼ πέπονθα ὀργιουμένους[17].
ἐμοὶ δ' αὖ τοὐναντίον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, δοκεῖτε ποιεῖν b.
ἂν εἰκότως, εἴπερ ὑπὲρ[18] τοῦ κοινῇ βελτίςου δεῖ μέλειν ὑμῖν.

Nam nonnisi alterutrum in his interrogandi formulis locum habere, et ratio suadet, et docet Schaefer in Melet. p. 97 sqq. Equidem in posterius hic inclino. [Bekker quoque ἂν δοίη corrigi vult. Schaef. ἢ κἂν μείζω, δοίη conjicit.]

114 Codd. opt. et plur. miro consensu ἀπήγγελλε, quod natum puto ex ἀπήγγελε. [Vulg. ante Bekk. ἀπήγγειλε, quod etiam pater meus retinuerat. Sed Lobeck (ad pg. 95. prt. I. Vol. II. Grammat. gr. uberior. patris mei) ubique apud classicos, quos dicimus, scriptores formam ἤγγελλον retineri jubet.]

15 Ulpianus: Οἱ θεσμοθέται, τῶν τε ἄλλων ἐπεμελοῦντο, καὶ δὴ καὶ τῆς εὐκοσμίας· καὶ νύκτωρ περιιόντες ἐσκόπουν, μή τινες ἁρπαγαὶ γίγνωνται. τότε οὖν, εὑρὼν τινας νεωτέρρυς ἁρπάζοντας τὴν αὐλητρίδα, ἠβουλήθη ἀφελέσθαι, καὶ οὕτως ὑπ' αὐτῶν ἐπλήγη.

[16 δεινὰ καὶ πολλὰ bene Dindorf. e codd. Bekk. V. ejus praefat. p. IX. Causam inversi vulgaris ordinis (nam temere inverti quis credat?) puto eandem esse quam in simili loco p. 477, 11 indicavi. Scilicet in vulgari ordine cum copula paene redundet, πολλὰ καὶ δεινὰ aequabili voce pronuntiantur; sin propter vim sententiae ordo invertitur, δεινὰ καὶ πολλὰ sic pronuntiari oportet, ut vocis tonus καὶ πολλὰ acuat. *SCHAEFER.* At non video cur h. l. sententiae tanta vis tribuatur.]

17 Absoluti hi sunt accusativi, satis frequentes post ὡς, cum significat *quasi;* alias non item. Sic apud Platonem in Gorgia p. 491. a. σκυτέας λέγων οὐδὲν παύει, ὡς περὶ τούτων ἡμῖν ὄντα τὸν λόγον. Isocr. Paneg. 14. p. 30. (ed. Mori) ὥσπερ οὐ — τοὺς λόγους ὄντας. Noster adv. Phaenippum. p. 1041. ὥσπερ — ἀφαιροῦντας. Inter locos a Tayloro in Indice Lysiae allatos, huc non pertinet p. 178, 1. ἐλθόντας enim ibi pendet ab ᾔδεσαν. Cetera sunt hujus tantum generis. *SP.* Non semper tamen per *quasi* reddendum esse istud ὡς, sed veram etiam causam, ex mente tamen alterius, introducere docui in Gramm. §. 132. Obs. 5. [§. 145. Obs. 5. ed. XV.]

18 Duram rem aggredior, contra Reiskium Spald'ngumque tutari praepositionem, quae aeque bene et simul usitatius abesset, quae male duplicato εἴπερ nata videtur, quamque fatendum mihi nunc est non inveniri in optimis Paiis. *ΣΤ.* Sed aeque facilem fuisse lapsum ejus, qui post εἴπερ vocem ὑπέρ omitteret, immo procliviorem, ob id ipsum quod solius

*τίς γὰρ οὐκ οἶδεν ὑμῶν, τοῦ μὲν πολλὰ[118a] τοιαῦτα γίγνεσθαι
τὸ μὴ κολάζεσθαι τοὺς ἐξαμαρτάνοντας αἴτιον ὄν, τοῦ δὲ
μηδένα ὑβρίζειν τὸ λοιπὸν, τὸ δίκην τὸν ἀεὶ ληφθέντα, ἣν
c. προσήκει, διδόναι, μόνον αἴτιον ἂν γενόμενον; εἰ μὲν τοίνυν
ἀποτρέψαι συμφέρει τοὺς ἄλλους, τοῦτον καὶ δι᾽ ἐκεῖνα
κολαστέον, καὶ μᾶλλόν γε, ὅσῳπερ ἂν ᾖ πλείω καὶ μείζω·
d. εἰ δὲ παροξῦναι, καὶ τοῦτον καὶ πάντας[19] ἐατέον. ἔτι τοί-
νυν οὐδ᾽ ὁμοίαν οὖσαν τούτῳ κἀκείνοις συγγνώμην εὑρήσο-
μεν. πρῶτον μὲν γὰρ ὁ τὸν θεσμοθέτην πατάξας, τρεῖς εἶχε
προφάσεις, μέθην, ἔρωτα, ἄγνοιαν, διὰ τὸ σκότους καὶ
νυκτὸς τὸ πρᾶγμα γενέσθαι[19a]. ἔπειθ᾽ ὁ Πολύζηλος ἐκεῖ-
νος[19b], ὀργῇ καὶ τρόπου προπετείᾳ[20], φθάσας τὸν λογισμὸν,*

genitivi usus tritior erat, non temere, opinor, affirmo. Talium autem correctionum vel optimos codices nostros immunes non esse satis notum est. Jam verbi *μέλει* exemplum aliud cum *ὑπέρ* nunc nullum quidem suppetit: sed verbum *φροντίζειν* hic statim ita occurrit (f.); aliud autem exemplum hoc ex Olynth. I. p. 9, 13. *εἴπερ ὑπὲρ σωτηρίας αὐτῶν φροντίζετε* eo opportunius est quod voces *εἴπερ ὑπέρ* ibi etiam se contingunt: quamquam querelam de insuavi sono vel solus accentus tollit. Alia cum synonymis verbi *μέλειν* exempla e Xenophonte Sturzius dabit in v. *ὑπέρ* num. 5. Verbum *μέλειν* autem, si minus cum *ὑπέρ*, at cum *περί* tamen structum quaere apud Stephanum et Budaeum et eundem Sturzium (III. p. 103. b.): quibus adde e Demosthene Adv. Neaer. p. 1350. c. Noster autem Index ostendet Demostheni imprimis familiarem esse praep. *ὑπέρ* in multis dictionibus quae alias usitatiores sunt cum altera *περί*.

[118a Pater meus habuit *τὰ τοιαῦτα*, caussa non allata. Sed cum *τὰ* codd. non defendatur, delevi.]

19 Sic plur. et optimi. Aug. et alii *καὶ πάντας τοὺς ἄλλους*. — [Bekkerus sic interpungit: *εἰ δὲ παροξῦναι καὶ τοῦτον καὶ πάντας, ἐατέον*. Quam interpungendi rationem solam probari posse docet oppositio, *εἰ μὲν — τοὺς ἄλλους. ἐατέον*, *non est puniendus*. *SCHAEFER.*]

[19a *ἐκεῖνος* abest a vulg. et a Codd. Ven. Coisl. Antv. Par. *T* s t.]

[19b Pater scripserat *γεγενῆσθαι*, quod tuentur Aug. Barocc. Par. kr. Sequutus sum et opt. et plur. codd. sicuti Bekk. et Meier.]

20 Non est, ut vertit H. Wolfius, „subitus animi impulsus" sed insita, innata, morum vehementia (*Heftigkeit des Charakters*); neque est mera *ταυτολογία τῆς ὀργῆς*. Ceterum expressi lectionem Cod. Aug. *ἔπαισεν* quam certatim arripuerunt Taylorus et Reiskius, pro *ἔφησεν*. Habet illa certe quod blandiatur. Sed si tueris, ut necesse est et faciunt illi, praestantem itidem ejusdem codicis lectionem *φθάσας* pro *φθάσαι*, quid facies illi *ἁμαρτών* in quo est mera repetitio illorum *φθ. τ. λ.*? Incidi itaque in eandem H. Wolfii conjecturam, ut *ἁμαρτεῖν* legerem pro participio. Tum locum ita

§. 11.

ἁμαρτὼν ἔπαισεν. οὐ γὰρ ἐχθρός γε ὑπῆρχεν ὢν, οὐδ' ἐφ' ὕβρει
τοῦτ' ἐποίησεν. ἀλλ' οὐ Μειδίᾳ τούτων οὐδὲν ἔςιν εἰπεῖν. e.
καὶ γὰρ ἐχθρὸς ἦν, καὶ μεθ' ἡμέραν εἰδὼς ὕβριζε, καὶ οὐκ
ἐπὶ τούτου μόνον, ἀλλ' ἐπὶ πάντων, φαίνεται προῃρημένος
με ὑβρίζειν. καὶ μὴν οὐδὲ τῶν πεπραγμένων ἐμοὶ καὶ τού- f.
τοις οὐδὲν ὅμοιον ὁρῶ. πρῶτον μὲν γὰρ ὁ θεσμοθέτης οὐχ
ὑπὲρ ὑμῶν οὐδὲ τῶν νόμων φροντίσας, οὐδ' ἀγανακτήσας
φανήσεται, ἀλλ' ἰδίᾳ πεισθεὶς ὁπόσῳ δήποτε ἀργυρίῳ, κα-
θυφεὶς τὸν ἀγῶνα. ἔπειθ' ὁ πληγεὶς ἐκεῖνος ὑπὸ τοῦ Πο-
λυζήλου, ταὐτὸ τοῦτο, ἰδίᾳ διαλυσάμενος, ἐῤῥῶσθαι πολλὰ
527. τοῖς νόμοις εἰπὼν καὶ ὑμῖν, οὐδ' εἰσήγαγε τὸν Πολύζηλον.
εἰ μὲν τοίνυν ἐκείνων[121] κατηγορεῖν βούλεταί τις ἐν τῷ πα- g.
ρόντι, δεῖ λέγειν ταῦτα. εἰ δ' ὑπὲρ ὧν ἐγὼ τούτου κατηγό-
ρηκα ἀπολογεῖσθαι[22], πάντα μᾶλλον, ἢ ταῦτα λεκτέον[22a].
πᾶν γὰρ τοὐναντίον ἐκείνοις, αὐτὸς μὲν οὔτε λαβὼν οὐδὲν,
οὔτ' ἐπιχειρήσας λαβεῖν φανήσομαι, τὴν δ' ὑπὲρ τῶν νόμων
καὶ τὴν ὑπὲρ τοῦ θεοῦ καὶ τὴν ὑπὲρ ὑμῶν τιμωρίαν δι-
καίως φυλάξας, καὶ νῦν ἀποδεδωκὼς ὑμῖν. Μὴ τοίνυν ἐᾶτε 12
ταῦτ' αὐτὸν λέγειν, μηδ', ἂν βιάζηται, πείθεσθ' ὡς δί-
h. καιόν τι λέγοντι. ἂν γὰρ ταῦθ' οὕτως ἐγνωσμένα ὑπάρχῃ
παρ' ὑμῖν, οὐκ ἐνέςαι[23] αὐτῷ λόγος οὐδὲ εἷς. ποία γὰρ
i

constituerim: *φθάσας τὸν λογισμὸν ἁμαρτεῖν* (h. e. *παῖσαι*) *ἔφησεν. Ἔφησε contendit, affirmavit, causatus est. SP.* Patrocinari videtur huic emendationi ipse noster §. sq. ubi eadem fere repetit: *ἃ μὲν ἄν τις ἄφνω τὸν λογισμὸν φθάσας ἐξαχθῇ πρᾶξαι — δι' ὀργὴν ἔνι φῆσαι πεποιηκέναι.* Tamen quod codices nulli praebent textui immittere nolui, cum varie tamen posse judicari intelligerem. Sane receptam hodie lectionem longe melius excipiunt sequentia *οὐ γὰρ κ. τ. ε.* Ceterum antiquam hic esse *διττογραφίαν* in his *φθάσαι φθάσας, ἔφησεν ἔπαισεν* e Bekkeri annotatione cognosces. — [Mihi satis placet nostra scriptura (*φθάσας-ἔπαισεν*) ut accommodatior Oratoris argumentationi. Neque enim h. l. commemorari attinet, quid homo causatus sit, sed quid quo motus *πάθει* fecerit. Ceterum duo participia, quorum nexus est arctissimus, sic intelligenda: *delinquens, quod ira solitaque temeritas rationem praeverteret.* Delendae autem subdistinctiones post *προπετείᾳ* et *λογισμόν*. *SCHAEFER.*]

121 Ulpianus: *Αὐτὸν τὸν Μειδίαν πεποίηκε κατηγοροῦντα τοῦ προέδρου καὶ τοῦ θεσμοθέτου, ὅτι τοῖς ὑβρίσασιν οὐκ ἐπεξῆλθον.*

22 Vid. Ind. in *ὑπέρ*.

[22a Par. Σ Aug. *λεκτέα*. V. Gr. gr. §. 134. 10. ed. XV.]

23 *Ἐνεςί μοι λόγος* eodem sensu quo *ἔνεςί μοι λέγειν* aliunde mihi ignota locutio, ut vix dubitem veram esse scripturam, quam corrigenti debet cod. Par. s, *ἔτ' ἔςαι*. Cautiorem quidem me reddit, quem G. Bernhardy mihi ministrat, locus Eur. Iph. Taur. 998., ubi *τίς δ' ἔνεςί μοι λόγος* prorsus eodem

πρόφασις, τίς ἀνθρωπίνη καὶ μετρία σκῆψις φανεῖται τῶν
πεπραγμένων αὐτῷ; ὀργὴ νὴ Δία. καὶ γὰρ τοῦτο τυχὸν
b. λέξει. ἀλλ᾽ ἃ μὲν ἂν [124] τις ἄφνω τὸν λογισμὸν φθάσας
ἐξαχθῇ πρᾶξαι, κἂν ὑβριςικῶς τοῦτο [24a] ποιήσῃ, δι᾽ ὀργήν
γ᾽ ἔνι φῆσαι πεποιηκέναι· ἃ δ᾽ ἂν ἐκ πολλοῦ, συνεχῶς, ἐπὶ
πολλὰς ἡμέρας, παρὰ τοὺς νόμους πράττων τις φωρᾶται, οὐ
μόνον δήπου τοῦ μὴ μετ᾽ ὀργῆς ἀπέχει [25], ἀλλὰ καὶ βεβου-
c. λευμένως [26] ὁ τοιοῦτος ὑβρίζων ἐςὶν ἤδη φανερός. ἀλλὰ μὴν
ὁπηνίκα καὶ πεποιηκὼς, ὃ κατηγορῶ, καὶ ὕβρει πεποιηκὼς,
φαίνεται, τοὺς νόμους ἤδη σκοπεῖν δεῖ, ὦ ἄνδρες δικαςαί.
κατὰ γὰρ τούτους δικάσειν ὀμωμόκατε. καὶ θεωρεῖθ᾽, ὅσῳ
μείζονος ὀργῆς καὶ ζημίας ἀξιοῦσι τοὺς ἑκουσίως [27] καὶ δι᾽
ὕβριν [27a] πλημμελοῦντας, τῶν ἄλλως πως ἐξαμαρτανόντων.
d. πρῶτον μὲν τοίνυν οἱ περὶ τῆς βλάβης οὗτοι νόμοι πάντες,
ἵν᾽ ἐκ τούτων ἄρξωμαι, "ἂν μὲν ἑκών τις [27b] βλάψῃ, διπλοῦν, 528.
ἂν

sensu legitur. Sed vide quam rara sit haec locutio cui Marklandus hunc ipsum Demosthenis locum solum ascripsit. Quare nondum levata mihi suspicio, poetas quidem ἔνεςί μοι λόγος dicere potuisse, usitatum fuisse ἔςι μοι λόγος.

[124 Dubites utrum hanc scripturam probes an Dindorfii conjecturam ἀλλὰ μὴν ἄν τις ἀφν. τ. λ. φ. ἐξαχθῇ πρᾶξαι, quum in cod. Σ sint haec verba: ἀλλὰ μὴν ἄν τις κ. τ. λ. Idem Dindorf. scribit p. 1005, 11. ubi cod. Σ habet ἂν μὲν, Bekker. ἃ μὲν ἂν, ἂν μέν. Schaefer conjicit: ἀλλὰ μὴν ἄν τις — ἐξαχθῇ τι (quam voculam hic vulg. ante Reisk. exhibet) πρᾶξαι.]

[24a τοῦτο quum omittant Par. Ϯs Antv. ejusque loco exhibeant τι Par. kr, ejecit Meier. Sed quamvis τοῦτο referatur ad ἃ, tamen non esse cur ejiciatur judico.]

25 Vid. Exc. XI.

26 Vulgo βεβουλευμένος. Spaldingus: „Malim βεβουλευμένως, aut ὑβρίζειν." Prius nunc praebuerunt codd. Bekkeri optimi.

27 Sic codd. opt. et plurimi pro vulg. ἑκουσίᾳ, quod vereor ne ex hoc tantum loco in Schneideri lexicon derivatum sit. [In Addendis:] Memor esse debebam notae Lobeckii ad Phrynich. init., qua formam ἑκουσίᾳ astruit his ἐξ ἑκουσίας, καθ᾽ ἑκουσίας, tamen nescio an recte fecerim, formam, quam unde sumpserint editores veteres non liquet, proscribens, eam autem, quae tantum non omnium codicum consensu nititur adoptans. Certe non video cur „pejus etiam" hos ita exhibere, Lobeckius dicat, uno alterove qui dat ἑκουσίους.

[27a Quum τι, quod post ὕβριν habuit patris editio, non exstet nisi in Aug. Par. kr, delevi cum Bekkero aliisque.]

[27b τις abest a Par. ΣϮst Laur. Antv. Coisl. Quamobrem deleverunt Dindorf. et Meier. quod num recte fecerint dubito.]

§. 12.

ἂν δ' ἄκων, ἁπλοῦν τὸ βλάβος κελεύουσιν ἐκτίνειν[128]. εἰκότως.
ὁ μὲν γὰρ παθὼν πανταχοῦ βοηθείας δίκαιός ἐςι τυγχάνειν·
τῷ δράσαντι δ' οὐκ ἴσην τὴν ὀργὴν, ἂν θ' ἑκὼν ἄν τ'
ἄκων, ἔταξεν ὁ νόμος. ἔπειθ' οἱ φονικοὶ[29] τοὺς μὲν ἐκ προ-
νοίας ἀποκτιννύντας θανάτῳ καὶ ἀειφυγίᾳ[30] καὶ δημεύσει
τῶν ὑπαρχόντων ζημιοῦσι, τοὺς δ' ἀκουσίως αἰδέσεως[31] καὶ
φιλανθρωπίας πολλῆς ἠξίωσαν. Οὐ μόνον δ' ἐπὶ τούτων 13.
τοῖς ἐκ προαιρέσεως ὑβρισταῖς χαλεποὺς ὄντας ἰδεῖν ἐςι
τοὺς νόμους, ἀλλὰ καὶ ἐφ' ἁπάντων. τί γαρ δήποτε[32]; ἂν
τις ὄφλων δίκην μὴ ἐκτίνῃ[32a], οὐκέτ' ἐποίησεν ὁ νόμος τὴν
ἐξούλης[33] ἰδίαν, ἀλλὰ προστιμᾶν ἐπέταξε τῷ δημοσίῳ. καὶ b.
πάλιν, τί δήποτε; ἂν μὲν ἑκὼν παρ' ἑκόντος τις λάβῃ τά-
λαντον ἓν ἢ δύο ἢ καὶ δέκα, καὶ ταῦτ' ἀποςερήσῃ, οὐδὲν
αὐτῷ πρὸς τὴν πόλιν ἐςίν· ἂν δὲ μικροῦ πάνυ τιμήματος
ἄξιόν τις λάβῃ, βίᾳ δὲ τοῦτο ἀφέληται, τὸ ἴσον τῷ δημο-

[128 V. Meier. et Schoem. l. l. p. 476. et 188.]

[29 V. eosdem l. l. p. 307 sqq. Heffter. l. l. p. 133 sqq.]

30 Non necessarium esse emendare ἢ ἀειφυγίᾳ Ed. Meyer docet de Bonis Damn. p. 20. aliud quoque Demosthenis exemplum afferens C. Aristocr. p. 634, 29. *τοὺς ἀνδροφόνους ἐξεῖναι ἀποκτείνειν καὶ ἀπάγειν.*

31 Ulpianus: *Οἷον ἀξιώσεως. εἰ γὰρ δεηθείη τινὸς τῶν συγγενῶν τοῦ ἀνῃρημένου· εἶτα ἐκεῖνος ἐπιτρέποι· καταλύεται ὁ φόνον ἀκούσιον δράσας.*

32 Signum interrogationis huc a fine sententiae revocavi: et sic mox iterum. Non enim differt hoc *τί* ab eo quod est in simplici formula *τί γάρ;* quae tam frequenter sermoni praemittitur. Et hic quidem sensus ita expleri potest: „Nam si quis haec neget, quid tandem de illa lege statuat?“ Ipsas autem sententias non pendere ab illo *τί δήποτε*, subjectum mox *διὰ τί* quoque demonstrat. [Recte disputare mihi videtur Schaefer: Mihi, inquit, vulgaris interpunctio, quam etiam Bekkerus tenuit, videtur aliquanto melior. Primum enim nec *τί δήποτε* nec *τί γὰρ δήποτε* memini legere reliquae orationi sic praemissa, ut sola per se interrogent. Deinde *διὰ τί* non propterea subjectum puto, quod sententiae non pendeant ab illo *τί δήποτε*, sed partim quo major vis esset interrogationis, partim quia, schemate interrogativo per longiorem ambitum posterioris sententiae (*καὶ πάλιν — τῷ ἰδιώτῃ;*) nonnihil obscurato, talem subjici formulam audientium interesse videretur.]

[32a *ἐκτίσῃ* pater scripserat vulg. et Ven. Coisl. Par. krst sequutus.]

33 *Οὐκέτι* proprie valet *non ut antea*, hinc *non ut alias, non item, non jam.* Hoc itaque dicit: „Si quis poenam a judice irrogatam non solverit, lex actionem huic causae destinatam, *τὴν ἐξούλης δίκην*, *non jam*, ut in ceteris de re debita causis, *privatam* fecit, sed etc.“ De *ἐξούλῃ* vide Indicem.

σίῳ προστιμᾶν οἱ νόμοι κελεύουσιν, ὅσονπερ δὴ τῷ ἰδιώτῃ[134].
διὰ τί[34a]; ὅτι πάνθ᾽ ὅσα ἄν τις βιαζόμενος πράττῃ, κοινὰ
ἀδικήματα, καὶ κατὰ τῶν ἔξω τοῦ πράγματος ὄντων, ἡγεῖ-
c. το ὁ νομοθέτης. τὴν μὲν γὰρ ἰσχὺν ὀλίγων, τοὺς δὲ νόμους
ἁπάντων εἶναι καὶ τὸν μὲν πεισθέντα ἰδίας, τὸν δὲ βιασθέντα
δημοσίας δεῖσθαι βοηθείας. διόπερ καὶ τῆς ὕβρεως αὐτῆς
τὰς μὲν γραφὰς ἔδωκεν ἅπαντι τῷ βουλομένῳ[35], τὸ δὲ τίμη-
μα ἐποίησεν ὅλον δημόσιον[36]. τὴν γὰρ πόλιν ἡγεῖτο ἀδι-
κεῖν, οὐχὶ[36a] τὸν παθόντα μόνον, τὸν ὑβρίζειν ἐπιχειροῦντα.
καὶ δίκην ἱκανὴν τὴν τιμωρίαν εἶναι τῷ παθόντι, χρήματα 529.
d. δ᾽ οὐ προσήκειν τῶν τοιούτων[37] ἐφ᾽ ἑαυτῷ[38] λαμβάνειν.
καὶ τοσαύτῃ γ᾽ ἐχρήσατο ὑπερβολῇ, ὥςε, κἂν εἰς δοῦλον ὑβρί-
ζῃ τις, ὁμοίως ἔδωκεν ὑπὲρ τούτου γραφήν. οὐ γάρ, ὅστις
ὁ πάσχων ᾤετο δεῖν σκοπεῖν, ἀλλὰ τὸ πρᾶγμα ὁποῖόν τι
τὸ γιγνόμενον. ἐπειδὴ δὲ εὗρεν οὐκ ἐπιτήδειον, μήτε πρὸς
14 δοῦλον, μήθ᾽ ὅλως ἐξεῖναι πράττειν ἐπέτρεψεν[39]. Οὐ γάρ

134 *Δή* addidi ex optimis: quod abesse quidem poterat: sed *ἄν* quod ejus loco ex Aug. inseruit Reisk. prorsus alienum hinc est.

[34a *διὰ τί* non cum Dindorfio omittenda sunt, quamvis absint a Par. *ΣΤ* pr. Laur. Antv. V. not. 132.]

[35 Eo enim differebant inter se actiones privatae et publicae, quod privatam non agere poterat nisi ipse qui violatus erat, publicam vero quicunque vellet.]

36 Scrupulus, quem in hoc loco sentit, sed non recte eximit, Ulpianus, est in eo, quod hic ait Demosthenes lege fuisse *τὸ τῆς ὕβρεως τίμημα ὅλον δημόσιον*, cum supra §. 9. g. dixerit, se *τὴν τῶν ἰδίων δικῶν πλεονεξίαν ἀφεῖναι καὶ τοῦτον ἑλέσθαι τὸν ἀγῶνα, ἀφ᾽ οὗ μηδέν ἐςι λῆμμα λαβεῖν*. Aptissimum videtur, trahere illic *τὰς ἰδίας δίκας, ἀφ᾽ ὧν ἐςι λῆμμα λαβεῖν*, ad solam *actionem damni*, quod perpessus erat Demosthenes in iis rebus, quas Midias, apud Pammenem inventas absumpserat per injuriam, non autem ad *δίκην ὕβρεως* unde lucrum nullum perveniebat ad actorem. *SP*. [V. nott. 86. et 94.]

[36a Bekk. ex Par. *Σ οὐ*.]

37 *Ἕνεκα* addit margo exempli Aldinae, in Bibliotheca Regia Berolinensi. Malim *ἀντί*. *SP*. Nimirum genitivus est, quem *mercis* dicas. Vid. ad Plat. Meno. 28. extr.

[38 Mihi magis placet *ἐπὶ* hoc sensu sumere, ut valeat *penes, in potestate alicujus*. — Igitur *ἐφ᾽ ἑαυτῷ λαμβάνειν* vertam *ad semet ipsum vindicare*. *SCHAEFER*. Meier conjicit *ἐφ᾽ ἑαυτῶν*, laudans Thuc. I, 17. *τὸ ἐφ᾽ ἑαυτῶν μόνον προορώμενοι*. Matth. Gr. Gr. p. 1164. Non probo hanc conjecturam, quum sensus formulae *ἐφ᾽ ἑαυτοῦ* opponatur sententiae: *simul cum aliis*; nostro autem loco sententiae *ἐφ᾽ ἑαυτῷ* opposita cogitatur respublica, cui poena quaequae est exsolvitur.]

39 Vulgo *ἐπέταξεν*. Scripturam codd. optimorum [Par.

ἐςιν, οὐκ ἔςιν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τῶν πάντων οὐδὲν
ὕβρεως ἀφορητότερον, οὐδ᾽ ἐφ᾽ ὅτῳ μᾶλλον ὑμῖν ὀργί-
ζεσθαι προσήκει. ἀνάγνωθι δ᾽ αὐτόν μοι λαβὼν τὸν τῆς
ὕβρεως νόμον. οὐδὲν γὰρ οἷον ἀκούειν αὐτοῦ τοῦ νόμου[140].

ΝΟΜΟΣ. Ἐάν τις ὑβρίσῃ[40a] εἴς τινα, ἢ παῖδα ἢ γυ- b.
ναῖκα ἢ ἄνδρα, τῶν ἐλευθέρων ἢ τῶν δούλων, ἢ παράνο-
μόν τι ποιήσῃ εἰς τούτων τινὰ, γραφέσθω πρὸς τοὺς θε-
σμοθέτας ὁ βουλόμενος Ἀθηναίων, οἷς ἔξεςιν[41]. οἱ δὲ θε-
σμοθέται εἰσαγόντων εἰς τὴν Ἡλιαίαν τριάκοντα ἡμερῶν[42],
ἀφ᾽ ἧς ἂν ἡ γραφὴ[43], ἐὰν μή τι δημόσιον[44] κωλύῃ. εἰ δὲ
μὴ[45], ὅταν ᾖ πρῶτον οἷόν τε. ὅτου δ᾽ ἂν καταγνῷ τι[46] ἡ c.
Ἡλιαία, τιμάτω περὶ αὐτοῦ παραχρῆμα, ὅτου ἂν δοκῇ[46a]

ΣΤ's Laur. Antv.] *ἐπέτρεψεν* commendavit quidem Spaldingus, sed refugit abundantiam quae videtur inesse his *ἐξεῖναι ἐπέτρεψεν*, quae mihi tamen a graecae linguae ingenio minime videtur abhorrere.

140 Sic Plato Gorg. p. 481. b. *οὐδὲν οἷον τὸ αὐτὸν ἐρωτᾷν.* Prorsus ut Galli: *Il n'y a rien de tel* h. e. praestat. Vid. Vigerum p. 122. [cum Hermanni Annotat.] *SP.*

[40a Sic hi pauci: Par. 1. 5. k. Quamobrem Bekk. et Meier ex ceteris *ὑβρίζῃ*. Neque vero est cur hic ponatur praesens, cum sequatur aoristus *ποιήσῃ*.]

41 Quales sint inter Athenienses, quibus non liceat coram populo dicere, exponit Aeschines contra Timarchum p. 54. *οἱ αἰσχρῶς βεβιωκότες.* *SP.*

42 *Ἐντὸς* ante *τριάκοντα* addit Cod. Italicus. Sensus certe ille est. *SP.* Conf. Plat. Phaedr. p. 248. e. *Εἰς μὲν γὰρ τὸ αὐτὸ ὅθεν ἥκει οὐκ ἀφικνεῖται ἐτῶν μυρίων.* [De hac die v. Meier. et Schoem. I. l. p. 693 sqq.]

43 Accedo Marklando, ᾖ ante ἡ excidisse censenti. [In Addendis:] Conferantur tamen, monente Bernhardy, conjunctivi ᾖ post particulam omissi duo exempla haec, Antiph. de Herode p. 133, 13. *ἐφ᾽ οἷς ἂν τὸ πλεῖςον μέρος τῆς βασάνου.* Plat. Rep. II. p. 370. extr. *ὧν ἂν αὐτοῖς χρεία.*

[44 Vid. Meier. et Schöm. l. l. p. 152 sqq.]

45 H. e. si vero quid impediat. Vid. Gramm. §. 135. [148. ed. XV.] Obs. 10. Plat. Crit. 15. not. 9.

46 Edd. et Codd. omnes sine sensu *καταγνῶτε*, nisi quod Taylorum *alios*, quos tamen non nominat, dicit habere *καταγνῶτι*, unde ipse fecit *καταγνῷ τι*: quae si vel mera ejus est conjectura, unice tamen digna erat, quae in textum reciperetur. [Aut *τι* cum Bekkero ejicies, aut, id quod praefero, Wolfii conjecturam *καταγνωσθῇ, ἡ ἡλιαία* etc. cum Meiero recipies. cf. *πρὸς Μακάρτ.* 1074 et 75.: *ὅτου δ᾽ ἂν καταγνωσθῇ, ἐγγραφόντων οἱ ἄρχοντες* etc.]

[46a Pater scripserat *δόξῃ*; sed Bekkerianorum solus Par. k. exhibet aoristum.]

ἄξιος εἶναι παθεῖν ἢ ἀποτῖσαι. ὅσοι δ' ἂν γράφωνται γραφὰς ἰδίας[147] κατὰ τὸν νόμον, ἐάν τις μὴ ἐπεξέλθῃ, ἢ ἐπεξιὼν μὴ μεταλάβῃ τὸ πέμπτον μέρος τῶν ψήφων, ἀποτισάτω χιλίας δραχμὰς τῷ δημοσίῳ. ἐὰν δὲ ἀργυρίου τιμηθῇ τῆς ὕβρεως, δεδέσθω, ἐὰν ἐλεύθερον ὑβρίσῃ, μέχρις ἂν ἐκτίσῃ[48].

147 [Opponuntur hic δίκαι ἴδιαι γραφαῖς ἰδίαις. Nam qui causam privatam susceptam abjicit, poena non afficitur, afficitur vero qui publicam. Poterat autem in eum qui insultaverat aut privata aut publica actione agi. Vid. not. 86, Meier. et Schoem. p. 166. De tota hac lege v. Meier. et Schoem. p. 321 sqq.]

48 Haeserunt interpretes in hac lectione subjectum desiderantes, quoniam ad praecedens illud τὶς, quo designatur aliquis τῶν γραφομένων, referri sane non possunt haec ultima verba. Qui si subjectum petebant ad verbum τιμηθῇ, doceri poterant a Reiskio in notis, et multo plenius in indice, subjectum passivi τιμηθῆναι aut objectum verbi τιμῆσαι esse τὴν δίκην, non reum cujus mentio dativo casu adjici solet huic formulae: vid. infra 49. Σμίκρωνι δέκα ταλάντων ἐτιμήσατε. Subjecto autem ad δεδέσθω et quae sequuntur expresso facile carere posse sermo videtur. Et sic in hac lectione sive interpretanda sive lenem emendationem proponendo acquieverunt editores, negligentes aliam loci constitutionem, quam Lambinus protulit, quaque lex clauditur his verbis: — τῷ δημοσίῳ. ὁ δ' ὑβρίσας εἴτ' εἰς ἐλεύθερον εἴτ' εἰς δοῦλον, ἐὰν μὲν θανάτου τιμηθῇ αὐθήμερον τεθνάτω, ἐὰν δ' ἀργυρίου, δεδέσθω μέχρις ἂν ἐκτίσῃ. Hanc itaque scripturam tanquam meram conjecturam Lambini spreverunt critici: cui tamen eorum judicio ego subscribere non possum. Nimirum Lambinus in libellum suum emendationum, de quo in prolegomenis dixi, haec quoque tanquam hujus legis ultima ne verbulo quidem addito posuit. Atqui tam audacis conjecturae, qualis haec foret, ansam in vulgata scriptura nullam potuit sibi videri reperisse, cum neque formulae ἐὰν μέν ante ἐὰν δὲ desiderium cuiquam nasci possit, et subjecto supplendo faciliores longe viae pateant. Omnium minime autem illorum εἴτ' εἰς ἐλεύθερον εἴτ' εἰς δοῦλον inserendorum causam tibi finxeris: praesertim cum illa vulgatae lectionis verba ἐὰν ἐλεύθερον ὑβρίσῃ, in quorum oppositionem illa praemissa dixeris, in Lambiniana scriptura non compareant. In majorem autem fidem comparari debet lex similis apud Aeschin. c. Timarch. p. 3, 14. Hoc tamen non tacebo, mihi illa ipsa, modo allata lectionis vulgatae verba, ἐὰν ἐλ. ὑβρίσῃ, genuina videri, tum quia nemo facile dixerit, unde irrepserint, tum quia, quamvis, omnis debitor jure potuerit conjici in vincula, consentaneum tamen sit, illud in libero qui servum contumelia affecerit, tanquam invidiosum nimis, non admissum fuisse. Sed de hoc aliis erit inquirendum. Nos hoc adhuc tanquam Lambinianae lectionis vestigium minime contemnendum memoramus, quod in cod. Piris. r verbum τιμηθῇ post ἀργύριον serius insertum est.

§. 14.

Ἀκούετε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῦ νόμου τῆς φιλαν- d.
530. θρωπίας, ὃς οὐδὲ τοὺς δούλους ὑβρίζεσθαι ἀξιοῖ. τί οὖν πρὸς θεῶν; εἴ τις εἰς τοὺς βαρβάρους ἐνεγκὼν τὸν νόμον τοῦτον, παρ᾽ ὧν τὰ ἀνδράποδα εἰς τοὺς Ἕλληνας κομίζεται, ἐπαινῶν ὑμᾶς καὶ διεξιὼν περὶ τῆς πόλεως εἴποι πρὸς αὐτούς, ὅτι εἰσὶν Ἕλληνές τινες ἄνθρωποι οὕτως ἥμεροι καὶ φιλάνθρωποι τοὺς τρόπους, ὥςε πολλὰ ὑφ᾽ ὑμῶν ἠδικημένοι, καὶ φύσει τῆς πρὸς ὑμᾶς ἔχθρας αὐτοῖς ὑπαρχούσης πατρικῆς, ὅμως οὐδ᾽ ὅσων[149] ἂν τιμὴν καταθέντες δούλους κτήσωνται, οὐδὲ τούτους ὑβρίζειν ἀξιοῦσιν, ἀλλὰ νόμον δημοσίᾳ τὸν ταῦτα κωλύσοντα τέθεινται τουτονί, καὶ πολλοὺς ἤδη παραβάντας τὸν νόμον τοῦτον ἐζημιώκασι θανάτῳ· εἰ ταῦτ᾽ ἀκούσαιεν καὶ συνεῖεν οἱ βάρβαροι, οὐκ ἂν[50] e.
οἴεσθε δημοσίᾳ πάντας ὑμᾶς[51] προξένους αὐτῶν ποιήσασθαι; τὸν τοίνυν οὐ παρὰ τοῖς Ἕλλησι μόνον εὐδοκιμοῦντα νόμον, ἀλλὰ καὶ παρὰ τοῖς βαρβάροις εὖ δόξαντ᾽ ἂν[52] ἔχειν, σκοπεῖσθ᾽, ὁ παραβὰς ἥντινα δοὺς δίκην ἀξίαν ἔςαι δεδωκώς[52a]. Εἰ μὲν τοίνυν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μὴ 15
χορηγὸς ὢν ταῦτ᾽ ἐπεπόνθειν ὑπὸ Μειδίου, ὕβριν ἄν τις μόνον κατέγνω τῶν πεπραγμένων αὐτῷ· νῦν δέ μοι δοκεῖ, κἂν ἀσέβειαν εἰ καταγιγνώσκοι[53], τὰ προσήκοντα ποιεῖν. ἴςε b.

Quod autem codd longe plurimi verbis ἐὰν ἐλεύθερον inserunt σ°, id neutri lectioni aptari potest.

[149 Schaefer verbis sic resolutis: ὅσους ἂν τιμὴν αὐτῶν καταθέντες δούλους κτήσωνται, citat Porsonum ad Medeam sic docentem: „Graeci, cum verba duo, diversos casus regentia, ad idem nomen aeque referuntur, ne nomen proprium aut pronomen minus suaviter repetatur, in utrovis regimine semel ponunt, altero omisso." cf. varietas lectionis supra in nota 61a allata.]

50 Nolint tirones referre hoc ἂν ad proximum οἴεσθε, sed ad remotius ποιήσασθαι. Vid. not. 2. ad Plat. Alcib. I. 4.

51 Sic codd. quod longe aptius vulgato ἡμᾶς.

52 Iterum caveant tirones ab isto ἂν perperam jungendo. Pertinet ad participium (ὃς δόξειεν ἄν).

[52a Subdistinctiones post παραβὰς et post δίκην a patre positas delevi, ne dissecaretur periodi contextus.]

53 Vulgo additur τὶς, quod ex auctoritate cod. Par. Σ et aliorum quorundam delevi. In ceteris ante omnia observandum est, καταγιγνώσκειν hic non esse verbum judiciale *damnare*: alioqui praecedere non posset κατέγνω ἄν, sed καταγνοίη ἄν: sed vulgarem suam vim exercere, *statuendi*, *opinandi* de aliquo vel de aliqua re: conf. Ind. ad Plat. Meno. Jam vulgatum hic olim erat καταγιγνώσκει; sed optativum quem e cod. Aug. reposuerat Reiskius, omnes nunc Bekkeri codd. confirmant. Retinui igitur: quamvis *E. Meier* (de Bo-

γὰρ δήπου τοῦθ᾿ ὅτι τους χοροὺς ὑμεῖς ἅπαντας τούτους καὶ τοὺς[153a] ὕμνους τῷ θεῷ ποιεῖσθε[54], οὐ μόνον κατὰ τοὺς νόμους τοὺς περὶ τῶν Διονυσίων, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὰς μαντείας, ἐν αἷς ἁπάσαις ἀνῃρημένον εὑρήσετε τῇ πόλει, ὁμοίως ἐκ Δελφῶν καὶ ἐκ Δωδώνης, χοροὺς ἱςάναι κατὰ τὰ πάτρια, καὶ κνισσᾷν ἀγυιὰς[55], καὶ ςεφανηφορεῖν. ἀνάγνωθι δέ μοι λαβὼν αὐτὰς τὰς μαντείας.

nis Damnatorum p. 16. not.) Indicativum restituendum jusserit, Spaldingumque in eo quoque, quod ἂν cum ποιεῖν conjungit, reprehenderit. De qua re ita dispiciendum mihi videtur. Voculam ἂν in formula κἂν εἰ proprie pertinere ad alterum post εἰ verbum negari non potest: primaria enim dictionis forma haec est, καὶ εἰ τοῦτο ποιοίην, εὖ ἂν ποιοίην, quod in sermone obliquo vel sic est efferendum, δοκῶ μοί, καὶ εἰ τοῦτο ποιοίην, εὖ ἂν ποιεῖν, vel sic, κἂν, εἰ τοῦτο ποιοίην, εὖ ποιεῖν. Jam vero haec formula κἂν εἰ, plane ut latinum *etiamsi*, in sermone quotidiano induerat significationem cognatam particulae καίπερ lat. *quamvis*. Quo facto, quoties id, quod protasi contineretur, non ut incertum esset enuntiandum, in graeco quidem sermone, indicativus in optativi locum succedebat, remanente tamen illo κἂν, in quo particula ἂν c o n s o p i t a nunc erat. De qua re monuit Heindorfius ad Plat. Sophist. 69. luculentum inter alia exemplum ponens hoc e Menone §. 4. Οὕτω δὴ καὶ περὶ ἀρετῶν· κἂν εἰ πολλαὶ καὶ παντοδαπαί εἰσιν, ἕν γέ τι εἶδος ταὐτὸν ἅπασαι ἔχουσιν: hic enim illud εἰ — εἰσὶν certissimum est, quare sequitur in apodosi ἔχουσιν, quod cum ἂν conjungi non potest. Et eandem nostri quoque loci rationem esse putabat Meier. Atqui non hoc dicit Demosthenes, neque voluit dicere, „quamvis impietatem hanc esse statuatis" ut certum hoc praedicans: sed hypothetice loquitur, vocula εἰ veram suam significationem exercente. Neque tamen dubium, quin Indicativo modo hunc etiam sensum efferre potuerit: quare si scriptum hic esset, κἂν εἰ ἀσέβειαν καταγιγνώσκει (τις), τὰ προσήκοντα ποιεῖν, voculam ἂν item consopitam esse recte diceremus: nam in infinitivo ποιεῖν tum lateret rectum ποιεῖ, quocum ἂν non coit. Sed consensus codicum docet placuisse oratori remissius, optativo modo, hic loqui. Hoc itaque admisso, vocula ἂν vim suam sponte recipit. Sermone enim recto aliter enuntiari haec nequeunt quam sic, καὶ ἀσέβειαν εἰ καταγιγνώσκοι, τὰ προσήκοντα ἂν ποιοίη, vel consuetius κἂν — — ποιοίη, et in sermone obliquo κἂν — — ποιεῖν.

[153a τοὺς cum Bekk. ex Par. Σ recepi.]

[54 Praefero cum Bekkero et Schaefero ποιεῖτε, quod codd. Par. 1 Γkr Laur. Antv. Aug. exhibent.]

55 Non confecta res est de scriptura hujus vocabuli, inter veteres ipsos controversa, utrum ultima sit acuenda (ab ἀγυιά, vicus) an circumflectenda (ab ἀγυιεύς, ara ante fores). Harpocration et Suidas posterius suadent, quod etiam probabilius fit, si reputes τὸν ἀγυιέα non esse *statuam* Apollinis, ut intelligit Taylorus, sed *aram*. V. Hesych. in h. v. et Schol. Eur. Phoen. 634. itemque Suid. Astipulatur locus Eu-

531. "Μαντεῖαι. c.

Αὐδῶ Ἐρεχθείδαισιν [156], ὅσοι Πανδίονος ἄϛυ
Ναίετε, καὶ πατρίοισι νόμοις ἰθύνεθ' ἑορτὰς,
Μεμνῆσθαι Βάκχοιο, καὶ εὐρυχόρους κατ' ἀγυιὰς
Ἱϛάναι ὡραίων. Βρομίῳ χάριν ἄμμιγα πάντας [57],
Καὶ κνισσᾶν βωμοῖσι, κάρη ϛεφάνοις πυκάσαντας.

rip. Alc. 1159. *βωμούς τε κνισσᾶν*, et ipsum oraculum nostrum *κνισσᾶν* (*ἐν*) *βωμοῖσι*. Nisi obstaret itaque Hemsterhusii auctoritas (ad Lucian. Prometh. c. 19. Vol. (Bip.) 1. p. 472.) et aliud oraculum ap. Demosth. adv. Macart. p. 1072. ubi est *τὰς ἀγ.* et hic et ubique apud scriptores in hac formula circumflecterem ultimam. Quicquid est de hac re, in oraculo ipso, *κατ' ἀγυιάς*, de *vicis* intelligendum est. *SP.* Verba Hemsterhusii sunt haec: „Priorem (sententiam, scribendum esse *ἀγυιάς*) ego amplector, ad quam constabiliendam pluribus opus foret, quam quae caperet lex notarum praescripta. Lucianum in eadem fuisse opinione, ex multis ejus locis plane colligi potest". Auctor enim glossae *Κνισσᾶν ἀγυιάς* in Lex. Rhet. Seguer. p. 268. est ex numero eorum quos de vicis haec intelligere Harpocration memorat. Codd. hic quidem omnes dant *ἀγυιάς*. — Plerique praeterea et in his optimi Par. Σ Aug. hic et mox *κνισᾶν*. Vid. ad Plat. Alcib. II. 21.

156 Omnes Editiones atque pars codicum *Ἐρεχθείδεσσιν*, cujusmodi errores esse ex prava recentiorum pronuntiatione docet Valckenarius ad Theocr. 16, 36. (*Σκοπάδεσσιν*) cf. etiam Brunckius ad Ap. Rhod. 3, 578. (*Μινύεσσι*) [Add. Anthol Cephal. 7, 154. *Ἰναχίδεσσιν*.] Argutiae sunt illae, quaecunque disputantur a Scholiaste Theocriti ad 1, 92. Accusativum enim plur. pr. decl. corrigi, tanquam tertiae, dorice (*μοῖρας* pro *μοίρας* cet.), novimus omnes; sed, nominativum quoque in *ες* Doricam primam declinationem communem habere cum tertia, unus hic scholiastes narrat. *SP.*

57 Haec ad choros in vicis et plateis ducendos referenda esse, ipsa res et Demosthenis quae praecedunt verba docent. Sed cum diserta chori mentio desiderari videretur, Hemsterhusius ad Luciani Nigr. 16. (Bip. 1. p. 250.) emendandum locum pronuntiabat ita: *καὶ εὐρυχόρους κατ' ἀγυιὰς Ἱϛάναι ὡραῖον Βρομίῳ χορὸν ἄμμιγα πάντας* — *ὡραῖον χορὸν*, opinor, intelligens eum, qui stato anni tempore fieret. Hesych. *Ὡραῖα — καὶ ἐπὶ τῶν καθ' ὥραν συντελουμένων ἱερῶν. Ὡραία ἡμέρα. ἡ ἑορτή. Ὡραῖον. καίριον, καὶ τὸ ἱερεῖον, τὸ θῦμα τὸ καθ' ὥραν.* Quae ratio si cui minus placeat ob singularem *χορόν*: quanquam de choris ab universo populo ductis id non absurde dictum videatur: is aliam fortasse praeferat, qua vulgata in eundem sensum accipi potest. Sicut enim *χοροὺς ἱϛάναι ὡραίων χάριν* h. e. in gratiam annui proventus, per appositionem recte dicitur, ita figura non minus illa poetica, eosdem choros simpliciter *χάριν ὡραίων* dixerit Pythia; ut notio chori insit toti verborum contextui, maxime tamen verbo in hac re sollemni *ἱϛάναι*. In qua ratione ego certe acquiesco.

d. *Περὶ ὑγιείας θύειν καὶ εὔχεσθαι Διὶ ὑπάτῳ, Ἡρακλεῖ, Ἀπόλλωνι προςατηρίῳ*[158]*· περὶ τύχας ἀγαθᾶς, Ἀπόλλωνι Ἀγυιεῖ, Λατοῖ, Ἀρτέμιδι, καὶ κατ᾽ ἀγυιὰς κρατῆρας ἱςάμεν καὶ χορούς, καὶ ςεφανηφορεῖν, καττὰ*[59] *πάτρια· θεοῖς ὀλυμπίοις πάντεσσι καὶ πάσαις ἰδίας*[60] *δεξιὰς καὶ ἀριςερὰς ἀνίσχοντες μνασιδωρεῖν.*

[Vulgatam non mutarim. *ὡραίων* (scil. *ἱερῶν*: v. Hesych. T. II. c. 1593.) *χάρις*, *gratia sacrorum solemnium*, h. l. est periphrasis *τῶν χορῶν*: nam ob additum verbum *ἱςάναι* de choris nemo non intellexit. Conf. Schol. ad Aristoph. Ran. 396. (398.) p. 340. ed. Dind. *SCHAEFER.*]

Sed quid commune est his choreis per vicos et plateas, ducendis cum illis tibicinum aliisque choris de quibus in hac oratione Demosthenes? Idem, ni fallor, quod rei scenicae Atticae, quod tragoedis et comoedis posteriorum temporum, cum illo rurali ludicro quo per pagos discurrebant peruncti faecibus ora. Et ita omne ludorum genus rude, quod per festivam laetitiam licentiamque celebrabant homines cujusque civitatis *ἄμμιγα πάντες*, paulatim postea artibus excultis ad paucos cedebat, qui in quoque genere perfectiores, a ditioribus conducti, publice certabant, populo actore olim nunc spectante. Oracula itaque illa, sive quod antiquioribus temporibus accepta essent, sive quod carminum divinorum auctores priscam adhuc simplicitatem prae oculis haberent, choros ab universo populo celebrandos imperabant; civitatem autem, mutata nunc rerum facie, eorum loco certamina illa populo spectanda et audienda parabant. Hinc certior lux loco varie hucusque tentato infra §. 16. b. (*ὑπὲρ ὑμῶν*).

158 Hesychius: *Προςατήριος· τὸν Ἀπόλλωνα οὕτω λέγουσι, παρόσον πρὸ τῶν θυρῶν αὐτὸν ἀφιδρύοντο.*

59 Vulgo hic *κατὰ τά*. Doricam formam in prosariis e Delphis responsis (nam Dodonaea, quae lingua illius regionis domestica recitari non poterant, lingua attica concepta sunt) unice veram praebet Oraculum simillimum Adv. Macart. l. l. quo ducit his etiam scriptura bonorum aliquot codd. *κατὰ π.*

60 Proscribere hanc vocem, quae, alienissima profecto, abest ab oraculo Adv. Macart. l. l., promptissima videtur hujus loci medicina; quod si facere religio est, cum H. Wolfio legamus, *ὁσίας*. Lenior etiam mutatio proponitur a Buttmanno *ἰθείας* pro *ἰδίας* (Hesych. *Ἰθεῖα, ὀρθή.*) modo exempla hujus formulae suppeterent. *SP.* Ad firmandam meam conjecturam uti possim loco Eurip. Hel. 1101. *Αἰτούμεθ᾽ ὀρθὰς ὠλένας πρὸς οὐρανὸν Ῥιπτοῦντε.* Nolim autem obtrudere eam, si vulgata videatur defendi posse eo quod vocabulum *ἴδιος* etiam sine oppositionis vi in oratione obliqua interdum adhibetur pro possessivis orationis rectae. Cui tamen rationi hoc alieniorem me reddit adhuc, quod verbis illis *δεξιὰς καὶ ἀριςερὰς* per ingenium sermonis antiqui vix putem in oratione recta addi posse *ὑμῶν* vel *ὑμετέρας*. Atque si quis illum Horatii *proprios purgantem ungues* (1 Epist. 7, 55.) mihi op-

§. 15.

Ἐκ Δωδώνης μαντεῖαι. Τῷ [161] δήμῳ τῷ Ἀθηναίων e.
ὁ τοῦ Διὸς σημαίνει. ὅτι τὰς ὥρας παρηνέγκατε τῆς θυσίας
καὶ τῆς θεωρίας, αἱρετοὺς πέμπειν κελεύει θεωροὺς ἕνεκα
τούτου, τοὺς δὲ ἀπάγειν τῷ Διὶ τῷ ἐν Τομάρῳ τρεῖς βοῦς,
καὶ πρὸς ἑκάστῳ δύο οἶς. τῇ δὲ Διώνῃ βοῦν καὶ ἄλλα ἱερεῖα,
καὶ τράπεζαν χαλκῆν· καὶ πρὸς, τὸ ἀνάθημα, ὃ ἀνέθηκεν ὁ δῆμος ὁ Ἀθηναίων.

Ὁ τοῦ Διὸς σημαίνει [62] ἐν Δωδώνῃ. Διονύσῳ δημο- f.
τελῆ ἱερὰ τελεῖν [63], καὶ κρατῆρα κεράσαι, καὶ χοροὺς ἱστά-

ponat, observem ego *proprios* ibi per metrum et sermonem comicum usurpatum esse loco pronominis *sibi*, quo carere dictio non poterat. — Mox nominativum *ἀνίσχοντες* praeter rem in accusativum mutarunt nonnulli: vid. Gramm. §. 129. obs. 4 [§. 142. obs. 5. ed. XV.]: nam in oraculo Adv. Macart. ob praecedens ibi *συμφέρει* nominativus locum non habebat in formula eadem: *θεοῖς ὀλυμπίοις πάντεσσι καὶ πάσαις δεξιὰς καὶ ἀριστερὰς ἀνίσχοντας μνασιδωρεῖν καττὰ πατρῷα* (leg. *πάτρια* ut in praecedente ibi membro): quae integra hic posui ut appareret jure me ejecisse in nostro loco *καί* ante *μνασιδωρεῖν*, quo servato participium *ἀνίσχοντες* absurde referendum erat ad superiora *χοροὺς ἱστάμεν καὶ στεφανηφορεῖν*. [Bekker verba disponit hoc modo: — *καὶ χοροὺς, καὶ στεφανηφορεῖν κατὰ τὰ πάτρια θεοῖς Ὀλυμπίοις π. κ. πάσαις, ἰδίας δ. κ. α. ἀνίσχοντες, καὶ μνασιδωρεῖν.*]

161 De Dodonaeo hoc oraculo, in quo constituendo audaciores fuimus, vide Excurs. III. Hic tantum monemus primum, *τὸν τοῦ Διὸς* esse antistitem templi Dodonaei qui eximie dicebatur *ὁ προφήτης* (vid. Valck. ad Herod. 7, 111. et cf. Plat. Alcib. II. p. 149. b. de propheta Ammonis): tum hocce oraculum hinc prorsus alienum esse. Nihil enim eorum continet quae supra indicaverat Demosthenes. Ut videantur antiquiores nescio qui litterati homines appinxisse hic quicquid ad manus esset ejusmodi responsorum. De *Dione* v. Exc. IV.

62 Vulgo, et in libris tantum non omnibus *σήμαιν'*: verum dedimus ex oraculo superiori et e vestigiis quibusdam dubiis in mss. Vid. Reisk.

63 Vulgo legitur *Διονύσῳ δημοτελεῖ ἱερεῖον τέλειον* cum sola varietate *δημοτελεῖν*: sed verbum hoc nihili esse et nusquam alias occurrere pro certo nunc tradere ausim: neque in lexica migravit illud nisi e Thesauro Stephani qui nostrum locum solum excitat. *Διόνυσον δημοτελῆ* multo minus agnoverit quisquam: ac, si velit, dictionem non expediat, deficiente verbo ad vocem *ἱερεῖον*, durissime ante illa *κεράσαι* et *θῦσαι*. Mutatis itaque terminationibus reposui *δημοτελῆ ἱερὰ τελεῖν*. Hesych. *δημοτελῆ ἱερὰ, εἰς ἃ θύματα δίδωσιν ἡ πόλις· δημοτικὰ δὲ εἰς ἃ οἱ δῆμοι*: ad quem l. vid. Ruhnk. in Append. Sic et *ἑορτὴν δημοτελῆ* habes apud Thuc. 2, 15., *θυσίην δημοτελῆ* ap. Herod. 6, 57.: dictionem autem *ἱερὰ τελεῖν* vid. ap. Xenoph. Laced. 13, 5. Alia dabit Boeckhius de Oecon. publ. Athen. 1. p. 228. not. qui meae rationi accedit, etiam *ἱερὰ*

ναι· Ἀπόλλωνι ἀποτροπαίῳ βοῦν θῦσαι, καὶ ςεφανηφορεῖν ἐλευθέρους καὶ δούλους, καὶ ἐλινύειν μίαν ἡμέραν· Διὶ Κτησίῳ,[164] βοῦν λευκόν.

16 Εἰσὶν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ αὗται καὶ ἄλλαι πολ-
λαὶ μαντεῖαι τῇ πόλει κἀγαθαί[65]. τί οὖν ἐκ τούτων ὑμᾶς 532.
ἐνθυμεῖσθαι δεῖ; ὅτι τὰς μὲν ἄλλας θυσίας τοῖς ἐφ' ἑκάςης μαντείας προφαινομένοις θεοῖς προστάττουσι[66] θύειν, ἱςάναι δὲ χοροὺς καὶ ςεφανηφορεῖν κατὰ τὰ πάτρια πρὸς ἁπάσαις ἀεὶ ταῖς ἀφικνουμέναις μαντείαις προσαναιροῦσιν
b. ὑμῖν. οἱ τοίνυν χοροὶ πάντες οἱ γιγνόμενοι καὶ οἱ χορηγοὶ δῆλον ὅτι τὰς μὲν ἡμέρας ἐκείνας, ἃς συνερχόμεθα ἐπὶ τὸν ἀγῶνα κατὰ τὰς μαντείας ταύτας, ὑπὲρ ὑμῶν ἐςεφανώμεθα[67]

δημοτελῆ, εἰς ἃ εἰσιέναι vetiti erant quidam (v. Ind. Demosth. Reisk.), de sacris non de fanis intelligens. Sed de his in utramque partem disputari potest. Vid. Edu. Meieri observationes (de Bonis Damn. p. 103. et 235.), qui reponendum hic suadet *ἱερεῖα τελεῖν*: in qua ratione mihi quidem magnopere displicet verbum *τελεῖν*.

164 Harpocrat. Suid. *Κτήσιον Δία ἐν τοῖς ταμείοις ἵδρυντο ὡς πλουτοδότην.*

65 Inepte vulgo legitur *καλαὶ κἀγαθαί*: quod nonnisi de hominum probitate dici solet. Sed vocem *καλαί* omittunt libri optimi. Vid. infra §. 46. *πολλὰ κἀγαθὰ ὑμᾶς εἰσιν εἰργασμένοι.* Plat. Alcib. I. 56. *πολλοὶ γὰρ ἤδη κἀγαθοί.* Quod graecae linguae idioma, adjectivum *πολλοί* aliis adjectivis fere semper per *καί* jungendi, ignoratum fraudi hic fuit librario, ut fuit Cornario eadem perverse tentanti in Platonis Crit. 31. ubi vide not.

66 Non apparet, qui sint qui jubeant. Spaldingus, ipsas *μαντείας* esse, prodidit quidem, sed difficultatem ex multiplicata sic in eadem propositione mentione *μαντειῶν* sensit ipse. Augerus deos esse subjectum perspexit quidem, sed rationem grammaticam non monstravit. Certissima est Vateri emendatio *θεοί* pro *θεοῖς* reponentis. [Quod nego; *diis* enim choros constitui coronasque imponi demonstrare vult Demosthenes; quare neque proxime consequentia patris verba probo neque paullo post de verbis *ὑπὲρ ὑμῶν* disputata.] *Οἱ προφαινόμενοι* (v. Ind.) sic sine substantivo infinite dictum est: sunt enim non dii semper, sed heroës etiam aliquando et mortuorum manes, ut apparet ex saepius citato oraculo Adv. Marcat. [Schaefer comparans *ἀναγνώσεται, σαλπίζει, κηρύττει,* supplet: Pythia Delphis, Dodonae sacerdos.]

67 Reposui hoc ex codd. Bekk. omnibus pro vulgato *ςεφανούμεθα.* [Non religiose quidem refert pater; neque enim exhibent *ἐςεφανώμεθα* nisi Par. k r., in ceteris exstat *ἐςεφανούμεθα*; sed et ipse arbitror, hos quoque codices Perfectum tueri, quamquam Bekker et Meier *ςεφανούμεθα* scripserint, Cum patre convenit etiam Schaefer.] *Coronati, coronas gerentes* (*ἐςεφανωμένοι*) prodibant chori: contra recte mox dicitur

§. 16.

ὁμοίως ὅ τε μέλλων νικᾷν, καὶ ὁ πάντων ὕςατος γενήσεσθαι· τὴν δὲ τῶν ἐπινικίων, ὑπὲρ αὑτοῦ τότ᾽ ἤδη στεφανοῦται ὁ νικῶν. τὸν οὖν εἰς τινα τούτων[68] τῶν χορευτῶν, ἢ τῶν χορηγῶν ὑβρίζοντα ἐπ᾽ ἔχθρᾳ, καὶ ταῦτ᾽ ἐν αὐτῷ τῷ ἀγῶνι καὶ ἐν τῷ τοῦ θεοῦ ἱερῷ, τοῦτον ἄλλο τι πλὴν ἀσεβεῖν φήσομεν; καὶ μὴν ἴστε γε τοῦθ᾽, ὅτι βουλόμενοι c.
μηδένα ἀγωνίζεσθαι ξένον, οὐκ ἐδώκατε ἁπλῶς τῶν χορηγῶν οὐδενὶ, προσκαλέσαντι τοὺς χορευτὰς σκοπεῖν· ἀλλ᾽ ἐὰν μὲν καλέσῃ, πεντήκοντα δραχμὰς, ἐὰν δὲ καθίζεσθαι κελεύσῃ, χιλίας ἀποτίνειν ἐτάξατε[69]. τίνος ἕνεκα; ὅπως μὴ τὸν ἐστεφανωμένον καὶ λειτουργοῦντα τῷ θεῷ ταύτην τὴν ἡμέραν καλῇ μηδ᾽ ἐπηρεάζῃ μηδ᾽ ὑβρίζῃ μηδεὶς ἐξεπίτηδες.

αἰσχρὸν ἡγεῖται, τὸ δὲ μηδὲν φροντίζειν ὑμῶν, νεανικὸν, τοῦτον οὐκ ἀπολωλέναι δεκάκις προσήκει; ἐγὼ μὲν ἡγοῦμαι[71]. οὐδὲ γὰρ ἕξειν ὑμᾶς, ὅ,τι χρήσεσθε αὐτῷ, νομίζει. πλούσιος, θρασὺς, μέγα φρονῶν, μέγα φθεγγόμενος, βίαιος, ἀναιδής· ποῦ ληφθήσεται, νῦν ἂν διακρούσηται; Ἀλλ᾽ 55
ἔγωγε, εἰ μηδενὸς ἕνεκα τῶν ἄλλων, τῶν γε δημηγοριῶν, ὧν ἑκάστοτε δημηγορεῖ, καὶ ἐν οἷς καιροῖς[72], τὴν μεγίστην ἂν

tam exquisitam formam, cujus altera illa videretur esse mala correctio, recte praetulit Reiskius. Dictum autem *καταχειροτονηθὲν αὐτοῦ* sicut *προσταχθὲν αὐτῷ* et sim. Vid. Gramm. §. 132. [145. ed. XV.] Obs. 7. Matth. Gr. §. 564.

470 Ulpianus: *Τοῦ Πλουτάρχου δηλονότι.* Arcana Plutarchi, tyranni Eretriensis, consilia, perniciosa illa Athenis, novit. [Displicet hoc. Latius illa *ἀπόῤῥητα* sunt sumenda.] Ceterum dirimendi et interpungendi haec *ἀσύνδετα*, celebrata illa rhetoribus multae sunt rationes, suis causis commendatae singulae. Mihi ex Aristidis loco (p. Norrm. 190) Reiskius eam, quam expressi, persuasit. Absunt enim verba illa, *Πλουτ. προξ.* ab Aristide: unde hoc saltem colligi posse videtur, a veteribus grammaticis sic disponi solita esse haec verba, ut jungeretur: *Μειδίας — προβέβληται*, atque idcirco etiam haec *Πλουτάρχου προξενεῖ.* *SP.* Nimirum Reiskius, quem admodum fluctuantem videas in notis ad h. l. et in Indice Graecitatis, ipse in textu Marklandi rationem secutus erat, qua jungeretur *προβέβληται Πλουτάρχου* eo sensu quo supra lectum fuit verbum §. 38. d. Sed verissima utique est ea quam in editis ante Reiskium omnibus comparentem Spaldingus restituit. Vid. Ind. in *προβάλλειν*.

[70a Cf. *οὔθ᾽ ἡ Ἑλλὰς οὔθ᾽ ἡ βάρβαρος χωρεῖ τὴν πλεονεξίαν τἀνθρώπου.* 118. 8.]

71 Tria haec verba in cod. Aug. tantum, et qui socii ejus fere sunt, comparent. [Bekk. et Mei. omiserunt haec verba; quae res difficilis est ad decernendum.]

72 Vulgo *ἐν τοῖς καιροῖς*, quod emendare studebat Reiskius, frustra jamdudum Jurino, cujus notula Spaldingi diligentiam fugit, clamante, optimam esse eam quam ego nunc re-

αὐτὸν δικαίως οἶμαι δίκην δοῦναι· ἴςε γὰρ δήπου τοῦθ᾽
ὅτι, ἂν μέν τι τῶν δεόντων ἀπαγγελθῇ τῇ πόλει, καὶ τοι-
οῦτον οἷον εὐφρᾶναι πάντας, οὐδαμοῦ πώποτε Μειδίας τῶν
συνηδομένων, οὐδὲ τῶν συγχαιρόντων ἐξητάσθη τῷ δήμῳ.
b. ἂν δέ τι φλαῦρον, ὃ μηδεὶς ἂν βούλοιτο τῶν ἄλλων, πρῶ-
τος ἀνέςηκεν[472a] εὐθέως καὶ δημηγορεῖ ἐπεμβαίνων τῷ καιρῷ,
καὶ τῆς σιωπῆς ἀπολαύων, ἣν ἐπὶ τῷ περὶ τῶν συμβεβηκό-
c. των ἄχθεσθαι ποιεῖσθε ὑμεῖς· Τοιοῦτοι γάρ ἐςε, ὦ ἄνδρες
Ἀθηναῖοι· οὐ γὰρ ἐξέρχεσθε· οὐ γὰρ οἴεσθε[72b] δεῖν χρήματα
εἰσφέρειν. εἶτα θαυμάζετ᾽ εἰ κακῶς τὰ πράγματ᾽ ὑμῖν ἔχει;
ἐμὲ[73] οἴεσθ᾽ ὑμῖν εἰσοίσειν, ὑμεῖς δὲ νεμεῖσθαι; ἐμὲ οἴεσθε
d. τριηραρχήσειν, ὑμεῖς δ᾽ οὐκ ἐμβήσεσθαι[74]; τοιαῦθ᾽ ὑβρί-
ζων, καὶ τὴν ἀπὸ τῆς ψυχῆς πικρίαν καὶ κακόνοιαν, ἣν 580
κατὰ τῶν πολλῶν ὑμῶν ἔχων ἀφανῆ παρ᾽ ἑαυτῷ περιέρχε-
ται, φανερὰν ἐπὶ τοῦ καιροῦ καθιςάς. δεῖ τοίνυν, ὦ ἄνδρες
Ἀθηναῖοι, καὶ ὑμᾶς οὕτω νῦν, ὅταν ἐξαπατῶν καὶ φενακί-
ζων ὀδύρηται καὶ κλαίῃ καὶ δέηται, τοιαῦθ᾽[75] ὑποβάλ-
e. λειν αὐτῷ· Τοιοῦτος γὰρ εἶ, Μειδία· ὑβριςὴς γὰρ εἶ, καὶ

praesentavi codd. longe plurimorum scripturam, et ita explicandam: *καὶ τῶν καιρῶν ἐν οἷς ἕκαςα δημηγορεῖ.* Non ea tantum, *quae* dicat, sed *quibus temporibus* quaeque dicat, opprobrat ei Demosthenes. Quod non potuit brevius et efficacius enuntiari, quam illa quamvis aliquantum anacolutha locutione. — Mox ad *τῶν δεόντων* vid. Ind. *δεῖν*.

[472a Tirones animadvertant *ἀνέςηκε* dicere Oratorem, non *ἀνίςαται*.]

[72b Sic Bav. Par. k r t Coisl. Ven. — Bekk. et Mei. *οὐδὲ γὰρ ἐξ., οὐδ᾽ οἴ.*]

73 Reisk. cum parte codd. *ἐμὲ δέ*. Sed hic etiam asyndeta longe praestant.

74 Infinitivos hos nominativo *ὑμεῖς* junctos Marklandus conjectura assecutus erat pro vulgatis *νεμεῖσθε, ἐμβήσεσθε*: postea repperit etiam Reiskius in ed. Feliciani, quae in talibus instar codicis ms. est. Nam ceteri e quibus quidem relatum nobis est codices a vulgata stant: nisi quod Lambinus illud *νεμεῖσθαι*, quod, ut solebat, verbo nullo addito in indicem VV. LL. et Emendd. rettulit, e Parisinis fortasse codd. sumpsit. Utut sit, elegantem, quae hodie recepta est scripturam satis firmant mox gemina illa et huc respicientia *τυπτήσειν — παύσεσθαι*.

75 E vulgata *ταῦθ᾽*, pro qua Aug. codicis lectionem recepit Reiskius, equidem libentius fecerim *ταὐτά*. Ad *τοιαῦτα* enim requiri mihi videtur *τινά*. *SP.* Non sunt *ταὐτὰ* superioribus, ea quae hic sequuntur, sed *παραπλήσια*. Et si vel maxime dicas esse *eadem*, tamen hoc ita indici vetat vis comica. Quare *τοιαῦτα*, cui non semper subjicitur *τινά*, solum verum judico. Par. Σ habet *τοῦθ᾽*.

οὐκ ἐθέλεις ἔχειν παρὰ σαυτῷ τὼ χεῖρε. εἶτα θαυμάζεις εἰ κακὸς κακῶς ἀπολεῖ[476]*; ἀλλὰ νομίζεις ἡμᾶς μὲν ἀνέξεσθαι*[77]*, αὐτὸς δὲ τυπτήσειν; καὶ ἡμᾶς μὲν ἀποψηφιεῖσθαί σου, σὺ δὲ οὐ παύσεσθαι*[78]*; Καὶ βοηθοῦσιν*[79] *οἱ λέγοντες ὑπὲρ αὐτοῦ, οὐχ οὕτω τούτῳ χαρίζεσθαι*[79a] *μὰ τοὺς θεοὺς, βουλόμενοι, ὡς ἐπηρεάζειν ἐμοὶ διὰ τὴν ἰδίαν ἔχθραν, ἣν οὗτος*[80] *αὑτῷ πρὸς ἐμὲ, ἄν τ' ἐγὼ φῶ, ἄν τε μὴ φῶ, φησὶν εἶναι, καὶ βιάζεται*[81] *οὐκ ὀρθῶς. ἀλλὰ κινδυνεύει τὸ λίαν εὐτυχεῖν ἐνίοτε ἐπαχθεῖς ποιεῖν. ὅπου γὰρ ἐγὼ μὲν* b.

476 Ita Cod. Bav. Vulgo *ἀπολῇ*. Attica forma in his circumflexis prae ceteris usitata. Vid. Gramm. ampl. §. 87. Obs. 9. An in ceteris quoque Demostheni tam certo illa sit reddenda quam Platoni, de eo mihi quidem nondum liquet. Propterea reliqui 53. b. *ἔσῃ, ἐλεηθήσῃ,* 56. e. *πολιτεύῃ*.

77 Vulgo hic additur *σοῦ*, quod omisi auctoritate Codd. Aug. Bav. al. Sic multo facetius hoc verbum refertur ad sequens *τυπτήσειν*.

78 Vulgo cum codd. plerisque *σὲ δὲ οὐ παύσεσθαι*. Aug. et alii *σὺ δὲ οὐδὲ παύσεσθαι*, quod Reiskius ita adoptaverat ut *οὕτω* insereret post *οὐδέ*. Spaldingus Augustanam scripturam non mutatam dederat, ita explicans. „Tantum abest ut paeniteat te, ut ne desinere quidem destines malas artes." Mihi ex Augustana formam *σύ*, ex altera autem simplex *οὐ* servandum esse, ex re ipsa, ex linguae ingenio et e collatione ultimorum superioris (c.) sermonis verborum manifestum videbatur.

79 [Sic solus Par. Σ. Reliqui *βοηθήσουσιν*, quod pater receperat, alteram lectionem non plane aspernatus.] Transitus paulo abruptior et intemperantior ad illum locum, quo jam aget cum advocatis Midiae. Visus mihi hoc sum in graecis oratoribus observasse paulo insolentius et minus probabile, vetustamque simplicitatem an cruditatem referens, ut ab aliis argumentis ad alia non pedetentim et commode, non via sed saltu, eoque saepe praecipiti, transferantur. *REISK.* Si *καὶ* intelligis *καίτοι* (ut Lys. c. Andoc. p. 107, 48.) minus abruptus est transitus. *BERNHARDY.*

[79a *χαρίσασθαι* Bekk. ex Par. Σs Laur. Antv. *γρ.* Ven. Bav. Et ipse praefero, aoristo hic hanc singularem occasionem significante, praesente, quod sequitur, *ἐπηρεάζειν* *studium* nocendi Demostheni in Eubulo notante.]

80 Sane *δεικτικῶς* in aliquem intelligi hoc debet. Indicat autem orator Eubulum *τὸν ἀντιπολιτευόμενον Δημοσθένει*, de quo vid. supra §. 29. a. Not. et Ruhnkenius Hist. Or. Gr. p. 65 seqq. *SP.*

81 Verbo *βιάζεται*, quod valet *me contradicente contendit*, additum vulgo *τοῦτο*, quod omisi morem gerens codicibus optimis. Quanquam non facile est definire, sitne explicationis gratia, ne scilicet perperam acciperetur illud *βιάζεται*, adjectum a transcribente, an perspicuitatis gratia ab ipso oratore.

οὐδὲ πεπονθὼς κακῶς[482] ἐχθρὸν εἶναί μοι τοῦτον ὁμολογῶ, οὗτος δὲ οὐδ' ἀφιέντα ἀφίησιν, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τοῖς ἀλλοτρίοις ἀγῶσιν ἀπαντᾷ, καὶ νῦν ἀναβήσεται, μηδὲ τῆς κοινῆς τῶν νόμων ἐπικουρίας ἀξιῶν ἐμοὶ μετεῖναι, πῶς οὐχ οὗτος ἐπαχθής ἐςιν ἤδη, καὶ μείζων ἢ καθ' ὅσον ἡμῶν ἑκάςῳ
c. συμφέρει; ἔτι τοίνυν παρῆν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ ἐκάθητο[82a] Εὔβουλος ἐν τῷ θεάτρῳ, ὅτε ὁ δῆμος κατεχειροτόνησε Μειδίου, καὶ καλούμενος ὀνομαςὶ, ἀντιβολοῦντος τού-
d. του καὶ λιπαροῦντος, ὡς ὑμεῖς ἴςε, οὐκ ἀνέςη. καὶ μὴν, εἰ μὲν μηδὲν ἠδικηκότος ἡγεῖτο τὴν προβολὴν γεγενῆσθαι, τότ' 581.
ἔδει, τόν γε φίλον δήπου, συνειπεῖν καὶ βοηθῆσαι. εἰ δὲ, καταγνοὺς ἀδικεῖν τότε, διὰ ταῦτ' οὐχ ὑπήκουσε, νῦν δ', ὅτι προσκέκρουκεν ἐμοὶ, διὰ ταῦτα τοῦτον ἐξαιτήσεται, ὑμῖν οὐχὶ καλῶς ἔχει χαρίσασθαι. μὴ γὰρ ἔςω μηδεὶς ἐν δημοκρατίᾳ τηλικοῦτος, ὥςε συνειπὼν τὸν μὲν ὑβρίσθαι τὸν δὲ
e. μὴ δοῦναι δίκην ποιῆσαι[83]. ἀλλ' εἰ κακῶς ἐμὲ βούλει ποιεῖν, Εὔβουλε· ὡς ἔγωγε, μὰ τοὺς θεοὺς, οὐκ οἶδα ἀνθ' ὅτου[84]· δύνασαι μὲν καὶ πολιτεύῃ· κατὰ τοὺς νόμους δὲ ἥντινα βούλει παρ' ἐμοῦ δίκην λάμβανε. ὧν δ' ἐγὼ παρὰ
f. τοὺς νόμους ὑβρίσθην, μή μ' ἀφαιροῦ τὴν τιμωρίαν. εἰ δ' ἀπορεῖς ἐκείνως με κακῶς ποιῆσαι, εἴη ἂν καὶ τοῦτο σημεῖον τῆς ἐμῆς ἐπιεικείας, εἰ, τοὺς ἄλλους ῥᾳδίως κρίνων,
57 ἐμὲ μηδὲν ἔχεις ἐφ' ὅτῳ τοῦτο ποιήσεις[85]. Πέπυσμαι τοίνυν, καὶ Φιλιππίδην, καὶ Μνησαρχίδην, καὶ Διότιμον τὸν

482 Ulpianus: *Τὴν φήμην λέγει τὴν περὶ τοῦ φόνου. Εὔβουλος γὰρ ἦν ὁ κατηγορῶν τοῦ Ἀριςάρχου, καὶ συναιτιώμενος τὸν Δημοσθένην.* Cf. supra §. 29. Not. itemque Aeschines in Timarch. p. 167. seqq. — Meminerint autem tirones ex illo *οὐδέ* negationem referre ad *ὁμολογῶ*, copulam autem sensu particulae *καίπερ* ad *πεπονθώς*.

[82a Bekk. ex Ven. recepit *καθῆτο*.]

83 Iterum observa, hoc *ποιῆσαι* revera spectare tantum ad posterius membrum, *τὸν δὲ μὴ δοῦναι δίκην*: nam illud, *τὸν μὲν ὑβρίσθαι*, hac certe sua defensione (*συνειπών*), non potuit ille efficere. Sed praemittitur illud nonnisi ad formandam antithesin. Vid. ad §. 49. c. Nam, dum defensione sua poenam a nocente avertit, dici potest, eum „hanc rerum faciem effecisse, ut sint duo homines, quorum sit alter injuriam passus, alter (nocens) impunitus".

84 Particulam *ὡς*, accuratius rem perpendenti apparebit, positam hic esse notissimo usu pro *γάρ*: elliptice tamen, ut *γάρ* quoque solet. Nimirum causam reddit orator suspensi illius per *εἰ* sermonis. „Sed si nocere mihi vis, Eubule: si vis, inquam: nam equidem, per deos, nescio quamobrem tu hoc velis: potes id quidem" cet.

85 Vid. Ind. in *ποιεῖν*.

§. 57.

Εὐωνυμέα[486], *καὶ τοιούτους τινὰς πλουσίους καὶ τριηράρχους ἐξαιτήσεσθαι τοῦτον καὶ λιπαρήσειν*[86a], *παρ᾽ ὑμῶν αὐτοῖς ἀξιοῦντας δοθῆναι τὴν χάριν ταύτην. περὶ ὧν οὐδὲν ἂν εἴποιμι πρὸς ὑμᾶς φλαῦρον ἐγώ. καὶ γὰρ ἂν μαινοίμην. ἀλλ᾽ ἃ θεωρεῖν ὑμᾶς, ὅταν οὗτοι δέωνται, δεῖ καὶ λογίζεσθαι, ταῦτ᾽ ἐρῶ. ἐνθυμεῖσθε, ὦ ἄνδρες δικασαὶ, εἰ γένοιντο (ὃ μὴ* b.
γένοιτο, οὐδ᾽ ἔξαι)[86b]*· οὗτοι κύριοι τῆς πολιτείας μετὰ Μειδίου καὶ τῶν ὁμοίων τούτῳ, καί τις ὑμῶν τῶν πολλῶν καὶ δημοτικῶν ἀνθρώπων ἁμαρτὼν εἴς τινα τούτων, μὴ τοιαῦθ᾽ οἷα Μειδίας εἰς ἐμὲ, ἀλλ᾽ ὁτιοῦν ἄλλο, εἰς δικαςήριον εἰσίοι πεπληρωμένον ἐκ τούτων· τίνος συγγνώμης, ἢ τίνος ἐλέου τυχεῖν ἂν οἴεσθε; ταχύ γ᾽ ἂν χαρίσαιντο· οὐ γάρ*[87]*; ἢ δεηθέντι τῳ τῶν πολλῶν προσέχοιεν*[87a]*· ἀλλ᾽ οὐκ* c.

486 Nomina parum nota: nisi quod Diotimus in oratione pro Corona p. 264. 265. memoratur aliquis, qui suis sumptibus scutis armaverit milites, propter eaque corona aurea donatus sit. Is fortasse hic est, additurque hic pagi nomen, ut ab Icariensi dirimatur, qui tangitur ut homo profligatus et infamis oratione in Cononem p. 1267. Quodsi fides habenda esset conjecturae huic nostrae, hinc causa appareret, quare diceret orator: *οὐδὲν ἂν φλαῦρον περὶ αὐτῶν εἴποιμι. καὶ γὰρ ἂν μαινοίμην.* Nunc nihil equidem, neque apud Ulpianum, qui deficit in his locis, neque apud recentiores interpretes invenio, quod dirimat quaestionem, serione an ironice dictum sit *μαίνεσθαι* h. l. SP.

[86a Sic Aug. Par. k r. Bekker cum aliis recte praetulisse mihi videtur alteram lectionem: *ἐξαιτήσεσθαι καὶ λιπαρήσειν παρ᾽ ὑμῶν αὐτὸν, αὐτοῖς* etc. Schaefer docet: „Est i. q. *ἐξαιτ. καὶ ἐκ λιπαρήσειν παρ᾽ ἐμῶν αὐτόν.* De quo linguae graecae idiomate v. Ind. ad Poet. Gnom. p. 361. *ἐκλιπαρεῖν τι* (*τινὰ*) *παρά τινος* eadem dicitur constructione qua *ἐξαιτ. τι* (*τινὰ*) *παρά τινος:* quod lexicographis notandum".]

[86b *ἔξαι ποτέ* Ven. Taylori Barocc. Aug. Par. k r s. *ἔξαι νῦν* Ven. Coisl. Par. t vulg. quam receperat pater.]

87 Nota est formula ironiae *ταχύ γε* vel *ταχὺ γάρ*, quae plane respondet latino *scilicet*, cujusque exemplis apud Devarium et Reusmannum p. 340. ex Aeschine c. Tim. p. 175. et Aristoph. Nub. 647. ubi v. Schol. prostantibus jam addatur nostri hic locus et alter ex or. c. Aristog. I. p. 798, 20. *ὃς γὰρ τοῖς τοῦ δήμου θορύβοις μηδεπώποθ᾽ ὑπεῖξε, ταχύ γ᾽ ἂν φροντίσειέ τι τοῦ παρ᾽ ἑνὸς λόγου.* Unde patet etiam, interrogandi signo, quod editores aliquot hic appinxerunt, hanc certe formulam carere debere. Quod secus est in formula subjuncta, *οὐ γάρ*, quam sine interrogatione expresserat Spaldingus. Verum ita totus hic ironiae tenor interruptus erat, qui uti nunc quidem scribitur hic locus, continuatur usque ad illud *ἀλλ᾽ οὐ* —, quo introducuntur voces iracundae amicorum Midiae. Scripsi igitur cum Reiskio *οὐ γάρ;* qua interrogatione quoties assertioni cuidam additur, assensus alterius provocatur (e. g.

ἂν εὐθέως εἴποιεν[488], Τὸν δὲ[89] βάσκανον· τὸν δὲ ὄλεθρον· 582.
τοῦτον δὲ ὑβρίζειν; ἀναπνεῖν δέ; ὃν εἴ τις ἐᾷ ζῆν[90], ἀγα-
πᾶν ἔδει. μὴ τοίνυν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τούτοις τοῖς οὕτω
χρησαμένοις ἂν ὑμῖν, ἄλλως πως ἔχετε ὑμεῖς, μηδὲ τὸν πλοῦ-
τον μηδὲ τὴν δόξαν τὴν τούτων θαυμάζετε, ἀλλ' ὑμᾶς
d. αὐτούς[91]. πολλὰ τούτοις ἀγαθά ἐςιν, ἃ τούτους οὐδεὶς
κωλύει κεκτῆσθαι. μὴ τοίνυν μηδ' οὗτοι τὴν ἄδειαν, ἣν κοι-
νὴν ἡμῖν[91a] οὐσίαν οἱ νόμοι παρέχουσι, κωλυόντων κεκτῆσθαι.
58 Οὐδὲν δεινὸν οὐδ' ἐλεεινὸν Μειδίας πείσεται, ἂν ἴσα[92] κτή-

Plat. Gorg. p. 480. a.), quaeque ut nostrum *nicht wahr?* optime ita inservit etiam ironiae. Solet autem medio eam sermoni Demosthenes interserere (vid. Ind. Reisk.), ut in his c. Aristocr. p. 673, 19. *καλά γε, οὐ γάρ; ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὰ γεγραμμένα.* Unde jam patet etiam in nostro loco, inter haec *χαρίσαιντο, ἢ — προσέχοιεν*, parenthetice hoc *οὐ γάρ;* insertum esse. Quo veritas simul lectionis nostrae mirifice confirmatur. Nam ante Reiskium, qui primus eam adoptavit, ita hic legebatur: *ταχύ γ' ἂν χαρίσαιντο; οὐδὲ γὰρ δεηθέντι τῳ — πρόσχοιεν:* qua ratione ante istud *οὐδὲ γὰρ* — alia negatio intelligenda erat. At facile sentitur quam debile sit hoc *οὐδὲ γὰρ δεηθέντι* —. Alii codd. dant *οὐ γὰρ δεηθ.* alii *οὐ γὰρ δὴ δεηθ.* Antiquissimus Par. *Σ, οὐ γὰρ οὐ δεηθ.*, sed in litura: nostram Augustanus cum Coisl. et Par. krst. Cui hoc unum fortasse opponas, quod post illud *χαρίσαιντο* climax destituatur, subjuncto longe leviori hoc *προσέχοιεν.* Sed si recte attendas, sentias opinor, ironiam hac anticlimace juvari: quod tamen ne nimis longus sim ipsi cujuslibet sensui permitto.

[487a *πρόσχοιεν* Ven. Antv. Par. rt. *προσχοῖεν* Par. *Σ* quod recepit Dindorf, omissum *σ* tuitus probante Schaefero, *προσέχοιεν* reliqui Bekkeri, qui ipse scripsit *προσσχοῖεν*, quod mihi quoque probatur, quum hic quidem, ubi est *δεηθέντι*, inter aoristos *χαρίσαιντο — εἴποιεν* praesens locum habere vix possit.]

88 Optimi codices ita: *ἀλλ' οὐ, τὸν δὲ β.* omissis his, *ἂν εὐθέως εἴποιεν,* quae vix dubito quin ab interpretante duriorem ellipsin in textum irrepserint. *SP.* Servant vulgatam Par. *Σ*, Laur., alii, quos cur desererem non videbam.

89 De *δὲ* tali adversativo vid. Reisig. ad Oed. C. 276.

90 Geminus fere huic est locus apud Livium 4, 3. in egregia Canuleji, tribuni plebis, oratione: „Lucis vobis hujus „partem, si liceat, adimant: quod spiratis, quod vocem mit„titis, quod formas hominum habetis, indignantur". Quanquam ibi *spiratis* est pro *vivitis*, hic *ἀναπνεῖν* aliquanto minus quam, *spiritus sumere.* Infinitivi autem illi *ὑβρίζειν, ἀναπνεῖν* sunt ejusdem generis ac notum illud apud Virgilium: *Mene incepto desistere victam!* *SP.*

91 Vid. Ind. *θαυμάζειν.*

[91a Sic Aug., *ὑμῖν κοινὴν* Par. t Coisl. vulg. ante Reisk. *ἡμῖν κοινὴν* ex opt. suis in textum recipienti Bekkero assen-

σηται τοῖς πολλοῖς ὑμῶν, οὓς νῦν ὑβρίζει καὶ πτωχοὺς ἀποκαλεῖ, ἃ δὲ νῦν περιόντ᾽[93] αὐτὸν ὑβρίζειν ἐπαίρει, περιαιρεθῇ. οὐδ᾽ οὗτοι δήπου ταῦθ᾽ ὑμῶν εἰσι δίκαιοι δεῖσθαι· b.
Μὴ κατὰ τοὺς νόμους δικάσητε, ὦ ἄνδρες δικαςαί· μὴ βοηθήσητε τῷ πεπονθότι δεινά· μὴ εὐορκεῖτε[94]· ἡμῖν δότε τὴν χάριν ταύτην. ταυτα γὰρ, ἄν τι[95] δέωνται περὶ τούτου, δεήσονται, κἂν μὴ ταῦτα λέγωσι τὰ ῥήματα. ἀλλ᾽ εἴ- c.
περ εἰσὶ φίλοι, καὶ δεινὸν, εἰ μὴ πλουτήσει[96] Μειδίας, ἡγοῦνται· εἰσὶ μὲν εἰς[97] τὰ μάλιςα αὐτοὶ πλούσιοι, καὶ καλῶς ποιοῦσι[98]· χρήματα δ᾽ αὐτῷ παρ᾽ ἑαυτῶν δόντων, ἵν᾽ ὑμεῖς μὲν, ἐφ᾽ οἷς εἰσήλθετε ὀμωμοκότες, δικαίως ψηφί-

tior. Sic enim coalescunt haec duo verba constituuntque unam notionem.]

492 Omisi *μέν* vulgo hic insertum, quod abest a plurimis et opt. Non recte enim opponebatur sequenti *δέ* in illis *ἃ δὲ νῦν*. Quippe *eo ipso* quod divitiae illi adimerentur, paria plebi possideret.

93 Possit aliquis [pro vulgato *περιιόντ᾽*] conjicere *περιόντ᾽*, ut referatur ad rem familiarem, *quae autem nimiae divitiae.* Nequaquam tamen necessaria est mutatio: bene enim jungitur *περιιόντα ὑβρίζειν, vagantem per urbem passim homines injuria afficere.* *SP.* Bonam, cui ipse tamen auctor non confidit, emendationem quamvis unus tantum, sed antiquissimus, Par. Σ, confirmet, adoptare non dubitavi. Nam istud *περιιόντα*, quod merae esset petulantiae juvenilisque lasciviae, in Alcibiadem quidem caderet, minus autem in Midiam, qui iras suas fere politicasque inimicitias insolentia sua persequebatur.

94 Male Cod. Bav. *εὐορκῆτε*. Vid. Gramm. §. 135. [148. ed. XV.] 3. Tho. Mag. v. *μή*. Cf. supra §. 44. a.

95 Ingeniose Reiskius suspicatur legendum esse pro hoc *τι* pronomen *οὗτοι* ut supra §. 57. a. *ὅταν οὗτοι δέωνται*. Sensum, quocunque te verteris, alienum dat. h. l. *τί*. *SP.* Non consentio. Hoc enim dicit Demosthenes: „Si quid petent, quod in verbis quidem ab his, quae modo proposui, differat, revera tamen illa quae dixi petent".

96 E plurimis codd. etiam hic indicativum ascivi pro vulgato *πλουτήσῃ*. Cf. supra §. 37. g. *SP.* Conf. etiam §. 37. b. *εἰ μὴ — προπηλακιεῖ, ἀβίωτον ᾤετο ἔσεσθαι ἑαυτῷ.*

97 Consensus duorum praestantissimorum codicum Aug. et Paris. 1. quo praeterea accedit Baroccianus, exhibentium *εἰσί* pro hoc *εἰς*, magnopere me moveret, si idoneam causam viderem iterationis adeo vehementis: *εἰσὶν, εἰσί*. *SP.*

98 Non satis H. Wolfius et, qui eum sequitur, Augerus expresserunt haec verba *καὶ καλῶς ποιοῦσι*, vertendo: „Idque „nemo iis invidet". Bene Reiskius in Indice: „Id vero laudo, congratulorque". *SP.* Germanice, *und thun wohl daran.* — [*εἴπερ εἰσὶ φίλοι — εἰσὶ μὲν — χρήματα δ᾽ αὐτῷ — δόντων*; eandem loquendi formam vidimus supra §. 56. e.]

σησθε, οὗτοι δὲ παρ' αὐτῶν τὰς χάριτας, μὴ μετὰ τῆς ὑμετέρας αἰσχύνης, ποιῶνται. εἰ δ' οὗτοι χρήματα ἔχοντες μὴ
d. πρόοιντ' ἄν, πῶς ὑμῖν καλὸν τὸν ὅρκον προέσθαι; Πλούσιοι πολλοὶ συνεστηκότες, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὸ δοκεῖν τινες εἶναι δι' εὐπορίαν προσειληφότες, ὑμῶν παρίασι δεησόμενοι. τούτων μηδενί με, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πρόησθε, ἀλλ', ὥσπερ ἕκαστος τούτων ὑπὲρ τῶν ἰδίᾳ[499] συμφερόντων 583.
καὶ ὑπὲρ τούτου σπουδάσεται[500], οὕτως ὑμεῖς ὑπὲρ ὑμῶν αὐτῶν καὶ τῶν νόμων καὶ ἐμοῦ, τοῦ ἐφ' ὑμᾶς καταπεφευγότος, σπουδάσατε, καὶ τηρήσατε τὴν γνώμην ταύτην, ἐφ'
59 ἧς νῦν ἐστε. Καὶ γὰρ εἰ μὲν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τόθ' ὅτ' ἦν ἡ προβολὴ, τὰ πεπραγμένα ὁ δῆμος ἀκούσας ἀπεχειροτόνησε Μειδίου, οὐκ ἂν ὁμοίως ἦν δεινόν. καὶ γὰρ μὴ γεγενῆσθαι[1], καὶ μὴ περὶ τὴν ἑορτὴν ἀδικήματα ταῦτ' εἶναι,
b. καὶ πολλὰ ἂν εἶχέ τις αὐτὸν παραμυθήσασθαι[2]. νῦν δὲ τοῦτο καὶ πάντων ἂν μοι δεινότατον συμβαίη, εἰ παρ' αὐτὰ μὲν[2a] τἀδικήματα οὕτως ὀργίλως καὶ πικρῶς καὶ χαλεπῶς ἅπαντες ἔχοντες ἐφαίνεσθε, ὥστε Νεοπτολέμου καὶ Μνησαρχίδου καὶ Φιλιππίδου, καί τινων[3] τῶν σφόδρα τούτων

499 Sic codd. optimi. Vulgo ἰδίων, quod dictum esset solum respectu Midiae: illud respicit remp.

500 Ita codd. et edd. omnes, contra quos nulla fides margini Ed. Paris. ubi est σπουδάσει. Ex hoc igitur loco et Luc. de Salt. 5. futurum in forma media huic etiam verbo tribuendum. *SP.*

1 Frustra est Taylorus, loci integritatem ita defendens, ut ad γεγενῆσθαι dicat ex sqq. subaudiri debere ἀδικήματα. Neque enim animadvertit, quod ipse inserit inter vertendum *aut*, *aut*, nusquam comparere in nostra lectione. Equidem cum Reiskio, post γεγενῆσθαι intercidisse ὕβριν existimo: vid. infra d. *SP.* Nescio tamen annon adeo certum sit, solas disjunctivas particulas in tali sensu, qualem Taylorus hic agnovit, locum habere. Nam cum dicit Orator εἶχέ τις, non hoc dicit haec omnia simul afferri posse; sed plures locos esse e quorum uno alterove tali decreto patrocinetur aliquis. Plane ut Aristot. Eth. 3, 7. dicit, ἐφ' ἡμῖν ἐστι τὸ ἐπιεικέσι καὶ φαύλοις εἶναι.

[2 Sensus: Nam rem non accidisse, et si acciderit, non pertinuisse ad festum, et multa alia ejusdemmodi posses ad te ob sententiam pro Midia latam excusandum causari. *SCHAEFER.*]

[2a Est quod maxime mireris, quod Aug. Laur. Par. Σ Υ r s Antv. omittant μὲν, quibus codd. adeo quidem obtemperavit Meier, ut μὲν uncis includeret.]

3 Si recte criticorum de codd. aliquibus silentium interpretor, habent vulgatam hanc scripturam Bav. Antv. Par. k et aliquot e Paris. Morelii. In Bekkeri plurimis et opt. est

πλουσίων, δεομένων καὶ ἐμοῦ καὶ ὑμῶν, ἐβοᾶτε μὴ ἀφεῖναι· καὶ προσελθόντος μοι Βλεπαίου τοῦ τραπεζίτου τηλικοῦτ' c.
ἀνεκράγετε[504], ὡς τοῦτ' ἐκεῖνο, χρήματά μου ληψομένου, ὥςε με, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, φοβηθέντα τὸν ὑμέτερον θόρυβον θοιμάτιον προέσθαι, καὶ μικροῦ γυμνὸν ἐν τῷ χιτωνίσκῳ γενέσθαι, φεύγοντα ἐκεῖνον ἕλκοντά με· καὶ μετὰ ταῦτα ἀπαντῶντες, Ὅπως ἐπέξει[5] τῷ μιαρῷ· καὶ Μὴ διαλύσῃ· θεάσονταί σε, τί ποιήσεις, Ἀθηναῖοι· τοιαῦτα λέγοντες[6]· ἐπειδὴ δὲ κεχειροτόνηται μὲν ὕβρις τὸ πρᾶγμα εἶναι, d.

τινός, quod non potest esse nisi corruptum ex illo τινῶν: Venetus habet τινῶν suprascripto τινός. Aug. et boni aliquot alii dant τῶν ἄλλων, quod corruptum puto ex τινῶν ἄλλων, hoc ipsum tamen nil nisi correctionem vel explicationem vulgatae, quae intacta est relinquenda. Vid. de hac vocis ἄλλος ellipsi Schaefer ad L. Bos. p. 27.

504 Cod. Ital. ἀνακεκράγατε: unde Spald. (nam κέκραγα praesens est) suspicabatur fuisse ἀνεκεκράγειτε, ob Imperfecta proxime praecedentia. Sed differt ἐβοᾶτε de clamore continuo, ab ἀνεκράγετε de subita exclamatione. — In proximis τοῦτ' ἐκεῖνο est formula qua notum aliquid et identidem recursans indicatur (vid. Heind. ad Plat. Phaedr. 40.), quaeque hic sermoni ita interseritur ut alibi τοὐναντίον et similia. Sic igitur reddenda haec sunt: „quippe credentes, me facturum esse, quod tot alii faciunt: pecuniam accepturum".

5 Est Futurum (Gramm. §. 96. [108. ed. XV.] V, 5.) pendens ab ὅπως: v. Gramm. §. 136. p. 567. [§. 139. E. 1, obs. 1. ed. XV.]

6 Participia haec καὶ — ἀπαντῶντες — τοιαῦτα λέγοντες, refer ad ἐφαίνεσθε (b.), cui protinus adhaeret primum participium ἔχοντες, quocum junguntur haec conjunctione καί. Opposita sententia incipit ab ἐπειδὴ δὲ, ut structura sit hujusmodi: νῦν — συμβαίη, εἰ — μὲν — — λέγοντες· ἐπειδὴ δὲ — ὑμεῖς. Apparet, signo interrogationis, in fine hujus periodi, nullum esse locum. Sed fraudi fuit editoribus subjunctum illud μηδαμῶς, quae hic non est responsio, sed antecedentium confirmatio, ut commode intelligas: μηδαμῶς δὲ ταῦτα ποιεῖτε, imperativo modo. Vid. §. 27. c. et cf. pleniorem formulam infra 61. a. Ceterum ἐπειδὴ δέ est ex conjectura Reiskii, codicibus aut ἐπειδή dantibus aut ἐπεὶ δέ. Sed lenissima est et plane necessaria emendatio. *SP.* Adhaereo huic loci hujus constitutioni: quanquam fateor non aeque bene sibi jungi haec ἐφαίνεσθε ἀπαντῶντες, atque illa ἐφαίνεσθε ὀργίλως ἔχοντες: immo sententiarum quidem hanc seriem esse: παρ' αὐτὰ μὲν τἀδικήματα οὕτως ὀργίλως ἔχοντες ἐφαίνεσθε ὥςε — ἐβοᾶτε — καὶ — ἀνεκράγετε —, καὶ μετὰ ταῦτα ἀπηντᾶτε — λέγοντες· ἐπειδὴ δὲ κεχειροτόνηται — ἀποψηφιεῖσθε. Nunc anacoluthia quadam non grammatica, sed logica, factum est, ut verbum finitum ἀπηντᾶτε transiret in participium pendens ab ἐφαίνεσθε, quod menti loquentis adhuc inhaerebat: idque ideo admissum videtur, ut hoc modo prima haec pars ἐφαίνεσθε — — λέγοντες

ἐν ἱερῷ δ᾽ οἱ ταῦτα κρίναντες [507] καθεζόμενοι διέγνωσαν, διέμεινα δὲ ἐγὼ, καὶ οὐ προὔδωκα οὔθ᾽ ὑμᾶς, οὔτ᾽ ἐμαυτὸν, τηνικαῦτ᾽ ἀποψηφιεῖσθε ὑμεῖς. μηδαμῶς. πάντα
e. γὰρ τὰ αἴσχιςα ἔνεςιν ἐν τῷ πράγματι. εἰμὶ δ᾽ οὐ τούτων 584.
ὑμῖν ἄξιος· πῶς γὰρ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι; κρίνων ἄνθρωπον καὶ δοκοῦντα καὶ ὄντα βίαιον καὶ ὑβριςὴν, ἡμαρτηκότα ἀσελγῶς ἐν πανηγύρει, μάρτυρας τῆς ὕβρεως τῆς αὑτοῦ πεποιημένον, οὐ μόνον ὑμᾶς, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐπιδημήσαντας[7a] ἅπαντας τῶν Ἑλλήνων. ἤκουσεν ὁ δῆμος τὰ πεπραγμένα
f. τούτῳ. τί οὖν; ὑμῖν καταχειροτονήσας παρέδωκεν· οὐ τοίνυν οἷόντε ἀφανῆ τὴν γνῶσιν ὑμῶν γενέσθαι, οὐδὲ λαθεῖν οὐδ᾽ ἀνεξέταςον εἶναι, τί ποθ᾽ ὡς ὑμᾶς τοῦ πράγματος ἐλθόντος ἔγνωτε. ἀλλ᾽, ἐὰν μὲν κολάσητε, δόξετε σώφρονες εἶναι καὶ καλοὶ κἀγαθοὶ καὶ μισοπόνηροι, ἂν δ᾽ ἀφῆτε,
g. ἄλλου τινὸς ἡττᾶσθαι. οὐ γὰρ ἐκ πολιτικῆς αἰτίας, οὐδ᾽ ὥσπερ[8] Ἀριςοφῶν ἀποδοὺς τοὺς ςεφάνους ἔλυσε τὴν προβολὴν[9], ἀλλ᾽ ἐξ ὕβρεως, καὶ ἐκ τοῦ μηδὲν ἂν[10] ὧν πεποί-

melius in unum coalesceret. Ἀπαντᾶν autem h. l. notissima vi sua accipiendum videtur: abeunti Demostheni obviam facta est turba dicens etc.

507 Praetuli, cum Tayloro, scripturam Aug. Paris. 1. al. vulgatae *κρίνοντες*. Hoc enim esset „illi qui *judicabant* — sententiam *tulerunt*", quod non videtur recte posse procedere: nostrum idem ac si dixisset: „Illi qui hanc causam *judicaverunt*, in templo sedentes eam *judicaverunt*". — Mox de *τηνικαῦτα* vid. Ind.

[7a *ἐπιδημοῦντας* Aug. Par. krs Coisl. Par. 5.]

8 De hac particularum *οὐχ ὥσπερ* constructione vid. Heind. ad Gorg. 163.

9 Sic interpungendo, ut post *προβολήν* incideretur solum, non poneretur colon, putavi vitari necessitatem inserendi post *Ἀριςοφῶν* pronomen *ὅς*, quod fieri volebat Reiskius. „Non enim reus est (*κρίνεται*), sicut Aristophon actionem sustulit et irritam fecit", hoc eodem redit ac si dicas: „Non ejusmodi criminis reus est, quod, sicut Aristophontis illud, possit restitutione facienda dilui". — Rem de Aristophonte ita exponit Scholiastes: *Οὗτος φορολόγος ὢν κατέσχε παρ᾽ αὑτῷ τὰς δεκάτας τῆς θεοῦ, ἀφ᾽ ὧν ἔδει ςεφάνους ποιῆσαι καὶ ἀναθεῖναι τῇ θεᾷ. κατηγορηθεὶς δὲ ὑπὸ Εὐβούλου, φθάσας τὴν εἴσοδον* (scil. *τῆς δίκης*) *ἀνέθετο τοὺς ςεφάνους. καὶ πέπαυται ἡ προβολή.* — Cum nobile sit inter oratores Graecos Aristophontis nomen, quaeri potest, sitne hic, qui memoratur Aristophon ille Azeniensis, cujus est mentio satis crebra tam apud nostrum oratorem quam apud Aeschinem: an Colyttensis, quem in plurimis Demosthenis locis agnoscit Ruhnkenius (Hist. Cr. Oratt. Gr. p. 46.), cum Reiskio in iisdem videatur intelligendus esse Azeniensis: an plane alius utroque. Cf. praeter Ruhnkenium F. A. Wolf. ad Lept. p. 367. SP. Mihi quidem Reiskius in indice recte

§. 60.

60 ηκεν ἀναλῦσαι δύνασθαι, κρίνεται. Πότερ' οὖν τούτου γενομένου κρεῖττον[511] αὖθις ἢ νυνὶ κολάσαι; ἐγὼ μὲν οἶμαι νῦν. κοινὴ γὰρ ἡ κρίσις, καὶ τἀδικήματα πάντ', ἐφ' οἷς
b. νῦν[11a] κρίνεται, κοινά. ἔτι δὲ οὐκ ἐμὲ ἔτυπτεν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μόνον οὗτος οὐδὲ ὕβριζε τῇ διανοίᾳ τότε, ποιῶν ἃ[11b] ἐποίει, ἀλλὰ πάντας ὅσουσπερ ἂν οἴηταί τις ἧττον ἐμοῦ δύνασθαι δίκην ὑπὲρ αὐτῶν λαβεῖν. εἰ δὲ μὴ πάντες ἐπαίεσθε, μηδὲ πάντες ἐπηρεάζεσθε χορηγοῦντες, ἴϛε δήπου τοῦθ' ὅτι οὐδὲ ἐχορηγεῖθ' ἅμα πάντες, οὐδὲ δύναιτ' ἂν ποθ'[11c]
c. ὑμᾶς ἅμα πάντας μιᾷ χειρὶ οὐδεὶς προπηλακίσαι. ἀλλ', ὅταν εἷς ὁ παθὼν μὴ λάβῃ δίκην, τόθ' ἕκαϛον αὑτὸν[11d] χρὴ προσδοκᾷν τὸν πρῶτον μετὰ ταῦτ' ἀδικησόμενον[12] 585.
γενήσεσθαι, καὶ μὴ παρορᾷν τὰ τοιαῦτα, μηδ' ἐφ' ἑαυτὸν
d. ἐλθεῖν περιμένειν, ἀλλ' ὡς ἐκ πλείϛου φυλάττεσθαι. μισεῖ Μειδίας ἴσως[13] ἐμὲ, ὑμῶν δέ γε ἕκαϛον ἄλλος τις. ἆρ' οὖν συγχωρήσαιτ' ἂν τοῦτον, ὅϛις ἐϛὶν ἕκαϛος[14] ὁ μισῶν, κύριον γενέσθαι[14a] τοῦ ταῦθ', ἅπερ οὗτος ἐμὲ, ὑμῶν ἕκαϛον

alium et plane ignobilem hominem hic agnoscere videtur, quo etiam illud scholiastae ducit: *οὗτος φορολόγος ὤν*.

510 Addidi *ἂν* ex codd. longe plurimis. „Judicatur Midias, quod talia fecit, quae, si vel maxime vellet, infecta reddere *non posset*".

11 Omisi vocem *ἦν* ante *αὖθις*, in Aug. non comparentem, etiam Reiskio damnatam. *SP.*

[11a Sic Laur. Par. ΣΥ Antv. Bav. *γρ.* Ven. Alii *νῦν* om.]

[11b *ἃ* Aug. Par. k r s. Alii *οἷα*, quod praefero cum Bekk. et Meiero.]

[11c *οὐδέ ποτ'* praeter vulgatam exstat solis in Ven. Coisl. Part. t.]

[11d Bekk. Mei. Schaef. *αὑτὸν*, quorum postremus haec annotat: „Formulae *ἕκαϛος αὐτὸς* et *αὐτὸς ἕκαϛος* usus sunt satis frequentis". V. quae collegi in H. Steph. Thes. c. 3655. D.]

12 Vid. ad §. 10. b.

13 Hoc *ἴσως* non spectat ad sola haec *Μειδίας ἐμέ*, sed ad totum illud *Μειδίας ἐμὲ, ὑμῶν δέ γε ἕκαϛον ἄλλος τις*.

14 Non dubitavi imitari Reiskium de suo dantem *ἕκαϛον* pro *ἕκαϛος*. Neque enim puto a Graecis *ἕκαϛος* sic subjici pronomini *ὅϛις*, ut fit in vulgata; et sensus praeterea plenior fit, addito accusativo, quam intellecto solum. *SP.* Restitui Nominativum: additus enim mox verbo *ποιῆσαι* accusativus *ἕκαϛον* non modo supervacaneum eundem casum facit hic, sed concinnitatis gratia tantum non poscit nominativum quoque subjecto additum, ut sibi respondeant *ἕκαϛος ὁ μισῶν* et *ὑμῶν ἕκαϛος*.

[14a Pater habuit *γίγνεσθαι* ex auctoritate Par. ΣΥ k r s Aug. Laur. Antv. *γενέσθαι* cum Bekk. Meieroque scripsi, prae-

ποιῆσαι; ἐγὼ μὲν οὐκ οἶμαι. μὴ τοίνυν μηδ' ἐμὲ, ὦ ἄνδρες
e. *Ἀθηναῖοι, προῆσθε*[515] *τούτῳ. ὁρᾶτε δέ. αὐτίκα δὴ μάλα, ἐπειδὰν ἀναστῇ τὸ δικαστήριον, εἷς ἕκαστος ὑμῶν, ὁ μὲν θᾶττον ἴσως ὁ δὲ σχολαίτερον, οἴκαδ' ἄπεισιν οὐδέν γε φροντίζων οὐδὲ μεταστρεφόμενος οὐδὲ φοβούμενος, οὔτ' εἰ φίλος οὔτ' εἰ μὴ φίλος αὐτῷ*[16] *συντεύξεταί τις· οὐδέ γε εἰ μέγας ἢ μικρὸς, οὐδ' εἰ*[16a] *ἰσχυρὸς ἢ ἀσθενὴς οὐδὲ τῶν τοιούτων οὐδέν. τί δήποτε; ὅτι τῇ ψυχῇ τοῦτ' οἶδε καὶ θαῤῥεῖ καὶ πεπίστευκε τῇ πολιτείᾳ, μηδένα αὐτὸν ἕλξειν μηδ'*
61 *ὑβριεῖν μηδὲ τυπτήσειν. Εἶτ' ἐφ' ἧ ἀδείᾳ*[17] *αὐτοὶ πορεύεσθε, ταύτην οὐ βεβαιώσαντες ἐμοὶ βαδιεῖσθε; καὶ τίνι χρή με λογισμῷ περιεῖναι ταῦτα παθόντα καὶ ζῆν, εἰ περιόψεσθέ με νῦν ὑμεῖς*[18]*; Θάῤῥει, νὴ Δία, φήσειέ τις ἄν· οὐ γὰρ ἔτ'*

sente vel notionem in universum vel rem; quae geritur, aoristo singulas occasiones significante, quod voluisse hic Demosthenem docemur aoristis *συγχωρήσαιτε — ποιῆσαι.*]

515 Ita emendate codd. plurimi. Vulgo *πρόεσθε*. Vid. supra ad §. 44. a.

16 Vid. Exc. X. ut et mox de illo *αὐτὸν ἕλξειν*.

[16a *ἢ εἰ* Laur., *ἢ* Ven. Par. Σ Υ t Coisl. Antv., *οὐδ'* Par. k r s Aug. Primus Reisk. *οὐδ' εἰ* scripsit, probaverunt edd. post eum, excepto Meiero, qui *εἰ* omisso *οὐδ'* ex conjectura recepit.]

17 Servavi Reiskianam emendationem: *ἐφ' ᾗ ἀδείᾳ*, pro vulgato *ἐφ' ἣν ἄδειαν*, quod sensu idoneo videtur accipi h. l. non posse. Imperitiori scribae paene necessarius erat error, praesertim cum tam vicinum videret *πορεύεσθε*. *SP.*

18 Male affectum esse hunc locum, cum Tayloro et Reiskio censeo, atque, ut nunc quidem est, aliquid deesse ad *περιόψεσθέ με*. *Περιεῖναι* et *καὶ* ante *ζῆν* absunt ab Aug. Paris. 1. Taylorus ab aliis codd. *περιεῖναι*, ab aliis *ζῆν*, tanquam glossema alterutrum, abesse ait. Unde equidem locum sic constituerim: *κ. τ. χ. μ. λ. περιεῖναι ταῦτα παθόντα, εἰ περιόψεσθέ με νῦν ὑμεῖς*. Sic enim facilius ad *περιόψεσθέ με* intelligitur ex antecedentibus *ταῦτα παθόντα*. *SP.* Verba *καὶ ζῆν* absunt sane a Par. Σ Υ et Laur. Quae mihi tamen sincera et a Demosthenis ubertate minime abhorrentia videntur. Herod. 3, 80. *φθονέει γὰρ τοῖσι ἀρίστοισι περιεοῦσι καὶ ζῶσι.* In ceteris rem absolvi puto si auctoritate cod. Bav. alterum *με* post *περιόψεσθε* omittas: tunc enim ex ipsa sermonis lege ad hoc verbum ex proximis mente repetitur totum hoc *μὲ ταῦτα παθόντα*: posito *μὲ* participium solum non item. [Simplicissima sanandi loci ratio esse mihi videtur, si omissis verbis *καὶ ζῆν*, verba *ταῦτα παθόντα* ad sequentia refers: *καὶ τίνι χρή με λογισμῷ περιεῖναι, ταῦτα παθόντα εἰ περιόψεσθαί με νῦν ὑμεῖς*. Ubi semel *ζῆν* interpretandi verbi *περιεῖναι* caussa adscriptum erat, non mirum est, quod conjunctione *καὶ* addita, *καὶ ζῆν* in textum irrepsit idque post *ταῦτα παθόντα*, quia haec verba ante *εἰ* posita facile ad antecedentia referebantur.]

οὐδὲν ὑβρισθήσῃ. Ἐὰν δὲ, τότ᾽ ὀργιεῖσθε, νῦν ἀφέντες; μηδαμῶς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μὴ προδῶτε μήτ᾽ ἐμὲ, μήθ᾽ ὑμᾶς αὐτοὺς, μήτε τοὺς νόμους. καὶ γὰρ αὐτὸ τοῦτο εἰ θέ- b.
λοιτε σκοπεῖν καὶ ζητεῖν, τῷ[518a] ποτ᾽ εἰσὶν ὑμῶν οἱ ἀεὶ δικάζοντες ἰσχυροὶ καὶ κύριοι τῶν ἐν τῇ πόλει πάντων, ἄν τε διακοσίους, ἄν τε χιλίους, ἄν θ᾽ ὁποσουσοῦν[19] ἡ πόλις καθίσῃ· οὔτε τῷ μεθ᾽ ὅπλων εἶναι συντεταγμένοι μόνοι τῶν ἄλλων πολιτῶν[20], εὕροιτ᾽ ἂν, οὔτε τῷ τὰ σώματ᾽ ἄριςα ἔχειν καὶ
586. μάλιςα ἰσχύειν [τοὺς δικάζοντας], οὔτε τῷ τὴν ἡλικίαν εἶναι νεώτατοι, οὔτε τῶν τοιούτων οὐδενὶ, ἀλλὰ τῷ τοὺς νόμους ἰσχύειν. ἡ δὲ τῶν νόμων ἰσχὺς τίς ἐςιν; ἆρ᾽ ἐάν τις ὑμῶν c.
ἀδικούμενος ἀνακράγῃ, προσδραμοῦνται καὶ παρέσονται βοηθοῦντες; οὔ. γράμματα γὰρ γεγραμμένα ἐςὶ, καὶ οὐχὶ δύναιντ᾽ ἂν τοῦτο ποιῆσαι. τίς οὖν ἡ δύναμις αὐτῶν ἐςιν; ὑμεῖς ἐὰν βεβαιῶτε αὐτοὺς καὶ παρέχητε κυρίους ἀεὶ τῷ δεομένῳ. οὐκοῦν οἱ νόμοι τε ὑμῖν εἰσιν ἰσχυροὶ, καὶ ὑμεῖς τοῖς d.
νόμοις. δεῖ τοίνυν τούτοις βοηθεῖν ὁμοίως, ὥσπερ ἂν αὐτῷ

[518a ὅτῳ vulgatae soli Bekkeri Par. t Coisl. exhibent.]

19 Sic Spald. reposuit ex Aug. Paris. 1, al. pro vulg. ὁπόσους ἄν, quod sine codd. damnare non auderem: nunc tamen neque ut servem auctoritate optimorum codd. adducor, destitutus exemplis ubi pro ὁπόσους ἂν βούληται, ὁπόσοι ἂν ὦσιν, elliptice solum pronomen cum ἂν positum sit; qui proprius est usus formarum ὁποσοιοῦν, ὁπόσοι δή.

20 Noli hinc probare, armatos judicasse judices Athenienses. Eadem enim ratione e sequentibus contendere possis, valentissimos corpore quosque et admodum juvenes ad id munus delectos esse. Hoc dicit orator: auctoritatem vestram positam invenietis non in eo, quod armati aut robusti prae ceteris aut juvenes sitis; nam horum omnium nihil est: sed in legum robore. Ad haec autem εὕροιτ᾽ ἂν supplendum e superioribus ἰσχυροὶ εἶναι. Nam quae sequuntur καὶ μάλιςα ἰσχύειν τοὺς δικάζοντας pendent ab articulo τῷ, ut patet ex opposito ἀλλὰ τῷ τοὺς νόμους ἰσχύειν. Ob hanc vero oppositionem auribus etiam hoc datum est, quod mutata structura subjectum τοὺς δικάζοντας in accusativo casu prolatum est sicut mox τοὺς νόμους. Sed illud mirum, quod statim relabitur orator in nominativum, νεώτατοι: tamen hoc etiam inde arcesso quod eaedem aures aliquam tamen requirebant relationem etiam inter illa εἶναι τεταγμένοι et εἶναι νεώτατοι. Sed fortasse nimius sum in rationibus reddendis earum rerum quae subitus quidam sensus loquenti ministrabat. [Cum Bekkero et Schaefero uncis inclusi τοὺς δικάζοντας.] — Ceterum pro τῷ τοὺς νόμους ἰσχύειν in Par. Σ et aliis bonis codd. est τῇ τῶν νόμων ἰσχύϊ: sed hoc minus placet ob id ipsum quod statim sequitur ἡ δὲ τ. ν. ἰσχύς, quod varietatem illam peperisse videtur.

τις ἀδικουμένῳ, καὶ τὰ τῶν νόμων ἀδικήματα[521] κοινὰ νό-
μίζειν, ἐφ᾽ ὅτου περ᾽ ἂν λαμβάνηται, καὶ μήτε λειτουργίας,
μήτε ἔλεον, μήτε ἄνδρα μηδένα, μήτε τέχνην μηδεμίαν εὑρῆ-
σθαι, μήτ᾽ ἄλλο μηδὲν δι᾽ ὅτου παραβάς τις τοὺς νόμους
62 οὐ δώσει δίκην. Ὑμῶν οἱ θεώμενοι τοῖς Διονυσίοις εἰσιόντα
εἰς τὸ θέατρον τοῦτον ἐσυρίττετε καὶ ἐκλώζετε, ὥςε, ἃ μί-
σους ἐςὶ σημεῖα, ταῦτα ἐποιεῖτε[22] οὐδὲν ἀκηκοότες πω
b. περὶ αὐτοῦ παρ᾽ ἐμοῦ. εἶτα πρὶν μὲν ἐλεγχθῆναι τὸ πρᾶγμα
ὠργίζεσθε, προὐκαλεῖσθε ἐπὶ τιμωρίαν τὸν παθόντα, ἐκρο-
τεῖθ᾽ ὅτε προὐβαλόμην[22a] αὐτὸν ἐν τῷ δήμῳ· ἐπειδὴ δ᾽
ἐξελήλεγκται, καὶ προκατέγνωκεν ὁ δῆμος τούτου εἰς ἱερὸν
καθεζόμενος[23], καὶ τἄλλα προσεξήταςαι[24] τὰ πεπραγμένα
τῷ μιαρῷ τούτῳ, καὶ δικάσοντες εἰλήχατε, καὶ πάντ᾽ ἐςὶν
ἐν ὑμῖν μιᾷ ψήφῳ διαπράξασθαι, νῦν ὀκνήσετε ἐμοὶ βοηθῆ-
σαι, τῷ δήμῳ χαρίσασθαι, τοὺς ἄλλους σωφρονίσαι, μετὰ
πολλῆς ἀσφαλείας αὐτοὶ τὸ λοιπὸν διάγειν, παράδειγμα ποι-
c. ήσαντες τοῦτον τοῖς ἄλλοις; Πάντων οὖν εἵνεκα τῶν εἰρη- 587.
μένων, καὶ μάλιςα τοῦ θεοῦ χάριν, περὶ οὗ τὴν ἑορτὴν ἀσε-
βῶν οὗτος ἥλωκε, τὴν ὁσίαν, καὶ δικαίαν θέμενοι ψῆφον,
τιμωρήσασθε τοῦτον.

521 Quamvis probe sciam defendi utrumque posse haec *τῶν νόμων ἀδικήματα*, tamen, in tam proclivi errore, non dubito fuisse *καὶ τὰ κατὰ τῶν νόμων ἀδικήματα.*

22 Varietatem lectionis qui inspexerit, is agnoscet, ad liquidum perductam nondum esse hujus loci scripturam. In re incerta reliqui Reiskianam. Quanquam *ἐκλώζετε* est e nullo codice, sed ex Harpocratione, qui hanc ipsam vocem posuit et explicavit ut ex Midiana sumptam. Codd. quos nunc habemus verba *καὶ ἐκλώζετε* aut omittunt, ut Aug., aut ejus loco habent *καὶ ἐκεκράγετε* (mendose pro *-ειτε*) ut Par. Σ: unde persane est probabile hoc loco fuisse verbum illud, quod Harpocrationis tempore in codd. erat. Ceterum ubi varietatem, quae paulo turbatior quidem apud Taylorum Reiskiumque prostat, comparo cum Bekkeriana, admodum mihi quidem fit verisimile dedisse Demosthenem, *ἐσυρίττετε καὶ ἐκλώζετε καὶ ἐκεκράγειτε, ὥςε, ἃ μίσους ἐςὶ σημεῖα, πάντα ἐποιεῖτε.* Nam voce *σημεῖα,* quam minoris auctoritatis aliquot codd. omittunt, aegre equidem caream.

[22a Patris *προὐβαλλόμην* soli Bekkeri Antv. Par. s.]

23 Vid. Ind. in *καθέζεσθαι.*

24 Servavi vulgatam *προσεξήταςαι* pro *προεξήτ.* quod ex mera conjectura sua recepit Reiskius. Accesserant ad illud unum plura crimina. *SP.* Est quidem *προεξήταςαι* in Antv. et Par. r: sed recte retinetur codicum opt. et plur. scriptura.

EXCURSUS I.

De Dionysiis.

Quattuor in antiquis monumentis memorata inveniuntur Bacchi festa Athenis celebrata, Ruralia, Urbana, quae et Magna, Lenaea, Anthesteria. Sed cum junctim omnia nusquam memorentur, immo in aliquot auctorum locis diserte nonnisi tria; factum est ut viri docti, usque ad haec novissima tempora, tria tantum Bacchi festa agnoscerent, dum Lenaea eadem esse statuunt alii cum Ruralibus Dionysiis, alii cum Anthesteriis. Quod magnum inter eos certamen *Boeckhius*, in Commentatione de Lenaeis (in *Abh. d. Akad. d. W. in Berlin* 1817.), dirimere tandem conatus est ita, ut primus inter recentiores *Lenaea* tanquam peculiare festum vindicaret, et Gamelioni mensi assignaret. Quo pacto quattuor illa festa in quattuor menses contiguos cadunt: Ruralia in Posideonem, qui mensis solstitium hibernum fere antecedebat, Lenaea in Gamelionem, Anthesteria in Anthesterionem, Urbana denique in Elaphebolionem, qui aequinoctium vernum attingit. Cujus rei argumenta erudite omnia et ingeniose adhibita vel inventa, ex ipsa commentatione petenda sunt studiosis: nos hic, ne solis forte conjecturis haec aliquis niti suspicetur, testimonia tantum quae diserta exstant, a viris autem doctis, qui praejudiciis illis tenebantur, rejecta sunt et elusa, paucis his memoramus. Quorum antiquissimum est in ipso nomine mensis *Lenaeonis*, quem Iones in Asia semper ita nuncupabant; quem indubitatae fidei Inscriptiones inter Posideonem et Anthesterionem locant, atque ita eundem *Gamelioni* faciunt; quique nomen suum nonnisi a festo Lenaeis trahere potuit, quod cum reliquis sacris suis temporumque festorum ratione Iones Asianos a metropoli Athenis accepisse, sine disertis indiciis nemo negare potest. Sed clare praeterea rem eloquuntur grammatici doctissimi, e quibus *Proclus* ad Hesiodum *s.* 504. ita: — — *τῷ Γαμηλιῶνι, καθ᾽ ὃν τὰ Λήναια παρ᾽ Ἀθηναίοις. Ἴωνες δὲ τοῦτον οὐδ᾽ ἄλλως, ἀλλὰ Ληναιῶνα καλοῦσιν.* Eadem docet glossa Lexici rhetorici haec: *Διονύσια, ἑορτὴ Ἀθήνησι Διονύσου. ἤγετο δὲ τὰ μὲν κατ᾽ ἀγροὺς μηνὸς Ποσειδεῶνος, τὰ δὲ Λήναια Γαμηλιῶνος, τὰ δὲ ἐν ἄστει Ἐλαφηβολιῶνος·* quae glossa apud alios etiam legitur, ita tamen ut pro *Γαμηλιῶνος* scriptum sit *Ληναιῶνος.* Anthesteria autem cur non memoraverit hujus glossae auctor, ejus rei haec una mihi satisfacit causa, quam Boeckhius etiam indicat p. 60., quod grammaticus non festa Bacchi hic enumerat sed vocabulum *Διονύσια* explicat: id autem in usu

fuisse videtur nonnisi de tribus illis, quae manifesta inter has appellationes relatione vocabantur *Διονύσια τὰ ἐν ἀγροῖς*, *τὰ ἐπὶ Ληναίῳ* (vid. Inscript. in Boeckhii comment. p. 81.), *τὰ ἐν ἄςει*. Anthesteria licet a grammaticis interdum vocabulo *Διονύσια* explicentur, apud antiquos tamen illo vocabulo solo appellabantur, quod a nullo dei nomine, sed ab anni tempore primisque floribus, quorum usus in eo festo erat, derivatum est. Quod autem in Euegori lege (orat. §. 4.) nulla fit Anthesteriorum mentio, ejus causam satis probabilem affert Boeckhius hanc, quod ejus legis tempore nulla per illud festum videntur celebrata esse chorica certamina. Sed alia multa esse potuerant nobis prorsus ignorata, quibus haec sacra a Dionysiis proprie sic dictis diversa essent. Neque auctorem alterius argumenti Midianae orationi praefixi, quantumvis in ceteris errantem, hoc temere dixisse putem, *διπλᾶ*, sicut Panathenaea, fuisse etiam *Διονύσια, μικρά τε καὶ μεγάλα*. Nam Ruralia Dionysia ad urbem non spectabant, Anthesteria non dicta sunt Dionysia: ita remanent *τὰ Μεγάλα Διονύσια*, opposita hoc nomine *τοῖς Μικροῖς*, quae erant *τὰ ἐπὶ Ληναίῳ*.

Jam si quaeras quo potissimum festo Demosthenes a Midia vapularit, nos, cum *Διονύσια* simpliciter hic appellentur, hoc nonnisi de *Magnis Liberalibus* intelligi posse contendimus. Id quod re ipsa et ex lege apud nostrum §. 6. f. confirmaretur, si de *Pandiis* nobis constaret. Sed de his Harpocration ita tantum: *Πάνδια, ἑορτή τις Ἀθήνησι μετὰ Διονύσια ἀγομένη*: quam eadem ambiguitate laborantem explicationem non temere ex ipso Demosthenis loco desumptam dicas. Itaque cum Jovis sacrorum nomen satis notum sit *Διάσια*, idque festum a Schol. Aristoph. Nub. 407. mensi Anthesterioni assignetur, Taylorus eadem esse Diasia et Pandia statuens, injuriam Demosthenis ad Anthesteria refert. Enimvero ex loco Demosthenis, ut observatum est ibi, patet, Pandia proxime subsecuta esse festum Dionysiorum: Choes autem, qui est Anthesteriorum dies secundus, teste Thucydide 2, 15. celebrabantur mensis die XII., Diasia, ut e cod. Rav. emendate nunc in scholio illo editur, *η' φθίνοντος*, qui est mensis totius XXIII. (v. Boeckh. l. c. p. 112. not.), unde efficitur spatium X dierum inter Anthesteria intercedere et Diasia. Mihi contra, ut dixi, sola appellationis ratio Magna Dionysia et apud Demosthenem ostendit et apud Harpocrationem; idque sufficit ut sicut nomine, ita re etiam, diversa fuisse Pandia et Diasia censeam.

Ex quo haec scripsi idem argumentum uberius tractavit eodemque modo rem decidit Boeckhius in Commentatione de Chronologica orationis Midianae (Abh. d. A. d. W. 1818.) p. 61. sqq.

EXCURSUS II. *ad* §. 9. *init.*

Ἐν ἀρχῇ τοῦ λόγου. Dixerat quidem orator §. 3., obiter tangens totam causam, *ἔπειτ' ἐὰν ἐπιδείξω Μειδίαν τουτονὶ μὴ μόνον εἰς ἐμέ, ἀλλὰ καὶ εἰς ὑμᾶς, καὶ εἰς τοὺς νόμους, καὶ εἰς τοὺς ἄλλους ἅπαντας ὑβρικότα, βοηθῆσαι κ. τ. λ.* Sed facile apparet ad hujusmodi sermonem eum hic non respicere, sed

ad alium quo disertius in hunc sensum locutus sit, *πολλὰ καὶ περὶ ὧν τοὺς ἄλλους ἠδίκηκεν ἔχω λέγειν, καὶ συνείλοχα ὕβρεις αὐτοῦ καὶ πονηρίας τοσαύτας κ. τ. λ.* Jam cum hisce illa, quae viginti, si testimonium transeas, abhinc versibus retro dixerat, in ipsis verbis conspirant: *ἔχω δὲ λέγειν καὶ πονηρίας ἑτέρας αὐτοῦ παμπληθεῖς, καὶ ὕβρεις εἰς πολλοὺς ὑμῶν καὶ τολμήματα τοῦ μιαροῦ τούτου πολλὰ καὶ δεινά.* Qui tandem fieri potuit igitur, ut orator hac ipsa formula, *ἔχω εἰπεῖν καὶ* —, et in ceteris quoque simillimo sermone non ad proxima haec sed ad alia multum dissimilia verba respiceret? Verum alia sunt praeterea in quibus is qui filum hujus primae partis attentius sequatur non possit non offendere. Supra enim §. 5. dixerat orator *βούλομαι δὲ καθ᾽ ἕκαςον ἀπ᾽ ἀρχῆς ὧν πέπονθα ἐπιδείξας ἔτι καὶ περὶ τῶν πληγῶν εἰπεῖν ἃς τὸ τελευταῖον προσενέτεινέ μοι.* Vides hic plenam rerum omnium narrationem promitti quarum caput et cumulus fuerint plagae illae ipsi inflictae: et sequitur sane narratio, sed, si consilium ejusmodi actionis spectes, jejuna admodum, et nonnisi strictim facta, in cujus fine §. 8. caput illud causae, immo ut ipse ait *δύο ταῦτα ὡσπερεὶ κεφάλαια*, verbo tantum memorantur: *ἐμοῦ μὲν ὕβρισεν ἐς τὸ σῶμα, τῇ φυλῇ δὲ αἰτιώτατος τοῦ μὴ νικῆσαι κατέςη.* His verbis nemo, opinor, satisfactum credet illis *βούλομαι — ἔτι καὶ περὶ τῶν πληγῶν εἰπεῖν κ. τ. ε.* Nonnisi praevia itaque haec est rei significatio: et cum mox legimus *ἐξελέγξω δὲ πρῶτον μὲν ὅσα αὐτὸς ὑβρίσθην, ἔπειθ᾽ ὅσα ὑμεῖς κ. τ. λ.* nunc demum minutatim omnia suisque testimoniis fulta ob oculos nobis positum iri non dubitamus. Quid autem subsequitur? Unicum illud aurificis testimonium. Quo lecto, quas omnia quam uberrime sint exposita, orator dicit, jam ad alias in alios admissas Midiae injurias se transire, ante tamen effugia quaedam rei sibi esse obstruenda; quod facit §. 9—22. Tum post enarratam §. 23—27. originem inimicitiarum inter se et illum, §pho 28. omnia quae ad injurias circa choragiam spectant perorat. Horum ego aenigmatum solutionem invenio in unica voce *πρώτην* in his verbis quibus testimonium aurificis introducit orator: *λέγε μοι τὴν τοῦ χρυσοχόου πρώτην λαβὼν μαρτυρίαν.* Cur quaeso *primam?* An quia infra §. 24. advocantur testes alii (obiter attende: ipsi advocantur, non testimonia eorum leguntur) in rebus ad hanc veram actionis causam injuriasque sibi factas non amplius spectantibus? Immo haec *λέγε — πρώτην λαβὼν* graece nihil aliud sonant quam ut primo loco hoc testimonium legat scriba, tum paucis ab oratore interjectis aliud, et iterum aliud, et sic porro. At hoc uno lecto ut diximus, quasi omnibus absolutis ad alia diversissima se accingit orator. Manifestum est igitur post aurificis testimonium magnam in actione esse lacunam, ubi locus fuerat illis quae verbis his proximis *ἐξελέγξω δὲ πρῶτον μὲν ὅσα αὐτὸς ὑβρίσθην* promiserat. Longa utique haec fuerit, necesse est, testimoniorum series, quorum unumquodque aliquot verbis quasi digito intento promeret. Quae omnia iisdem de causis, sive taedio describentis, qui justam Demosthenis orationem, non innumera verba de plebe hominum enotare volebat, sive ipsius Demosthenis consilio, intercidisse videri possunt: plane ut actionum Ciceronis in Verrem secunda tantum edita est, prioris nonnisi prooemium habemus, cum cetera omnia in

testimoniis acta sint; quamvis haec nemo dubitet quin singula eloquentissime verbis exornarit Cicero. *) Fortasse autem priorem rationem, ut revera haec quae nunc desiderantur olim lecta fuerint, ideo praeferas, quod in argumento huic orationi praefixo altero memorantur quaedam ex illis circa choragiam factis, quae in ipsa ut nunc eam legimus oratione non reperiuntur, nec aliunde tamen sumpta esse possunt: imprimis hoc, *καὶ δὴ καὶ, ὡς ὁ Δημοσθένης λέγει, ὀμνυόντων τῶν κριτῶν, τῷ καλῶς ᾄσαντι δοῦναι τὴν νίκην νύττων αὐτοὺς ὁ Μειδίας ἔλεγε, πλὴν Δημοσθένους.* Nam quamvis recte huc referat Taylorus ea quae leguntur §. 19. init. (ubi v. not.), ex solis tamen verbis (*τοὺς κριτὰς*) *ὅταν ὀμνύωσιν, ἐξορχοῦντα* sua sumere non potuit grammaticus ita, ut diceret, *ὡς ὁ Δημοσθένης λέγει.* Immo manifestum fere est ex ipsa sermonis forma, oratorem loco hoc modo memorato ad superius sibi dicta quaedam se referre ita, ut per acumen utatur verbo *ἐξορχεῖν.* Sed cetera etiam, quae in argumento illo post verba allata leguntur, in ipsa oratione, ubi maxime eorum locus esse debuit, aut prorsus non aut obiter tantum memorantur; quorum tamen quod ultimo loco tangit grammaticus, diserte huic orationi tribuit, cum dicit *ἐν ᾧ* (*λόγῳ*) *καὶ διαβάλλει τὸν Μειδίαν ὡς κλέψαντα ἀπὸ τῶν χρυσῶν στεφάνων παρὰ τοῦ χρυσοχόου.* Atqui in nostra oratione nihil legitur nisi Midiam coronas illas *διαφθεῖραι* (§. 7.), *λυμήνασθαι* (in testimonio): cui crimini itaque in deperdita parte addiderat Demosthenes furti invidiam. Jam vide an huc etiam trahi debeat illud de quo supra ad §. 7. monuit Spaldingus; quamquam ei, quem is tangit, defectui locus esse non potuit in hac actionis parte, de qua adhuc verba feci. Neque vero illud in hac, quam aliis jam dirimendam relinquo, quaestione negligendum esse censeo, quod teste Photio, cujus verba vide supra pag. 7., ex aliis vestigiis antiquiores critici pronuntiabant, hanc orationem ab ipso Demosthene non editam, sed imperfectam relictam esse. Conf. Praef. Spaldingi.

EXCURSUS III.

Ad Oraculum Dodonaeum prius.

Impeditius, ut vulgo legitur, est hoc Oraculum, quam primo statim intuitu videtur, conantique obvias difficultates tollere, latentia quaedam, eaque graviora, alia sese offerunt ulcera, quibus sanandis quam bene defunctus sim, periti nunc videant. Sed cum audaciori penna in eo vagatus sim, opus erit integrum locum, prout antea legebatur, hic describere:

Τῷ δήμῳ τῶν Ἀθηναίων ὁ τοῦ Διὸς σημαίνει. ὅτι τὰς ὥρας παρηνέγκατε τῆς θυσίας καὶ τῆς θεωρίας, αἱρετοὺς πέμπειν κελεύει θεωροὺς ἐννέα, καὶ τούτους διὰ ταχέων τῷ Διὶ τῷ Δω-

*) Tetigit haec quae hucusque disputavi Boeckhius quoque in comment. de Chronol. Or. Mid. p. 75. 76. et iisdem partim quibus ego observatis usus ad certiora pervenire conatus est. Nos nostra sicut diu ante ad hanc editionem praeparaveramus immutata damus.

δωναίῳ ἀροτρεῖς βοῦς, καὶ πρὸς ἑκάςῳ δύο βοήσεις. τῇ δὲ Διώνῃ βοῦν καὶ ἄλλα ἱερεῖα, καὶ τράπεζαν χαλκῆν. καὶ πρὸς, τὸ ἀνάθημα, ὃ ἀνέθηκεν ὁ δῆμος ὁ Ἀθηναίων.

Prius tangam quae magis offendunt. Et sic sane eminent monstra βοήσεις, (vel, ut habent plurimi, βοιήσεις) quae cum bobus immolari debent. Ex omnibus autem quae ad sanandam vocem afferuntur nihil magis se commendat, quam quod teste Italico adnotatore, quem laudat Taylorus, „opinantur quidam legendum" οἶς sive, ut corrigit Taylorus, ὄϊς. Recte: nisi quod diphthongum solvi necesse non erat; cum in Dodonaeis his oraculis omnia attice expressa videamus. Aut enim magnopere fallor, aut haec emendatio non est ab hariolante, sed excerpta e ms. Quam quae mihi probarent duo potissimum erant. Primum, quod sic statim videbam unde nata corruptio. Nimirum pro δύο οἶς scriptum erat in aliquo codice β' ὄϊς, quod, cum coaluisset in βόϊς, nec intelligeretur, verae lectioni in alio codice superscriptum, mox a rudiori librario inter ipsas illas duas voces insertum, cum altera earum iterum coaluit in pessimam scripturam βοϊσοις, unde βοησεις factum est; quidam etiam quo magis tegeretur ulcus βοΐσκους fecerunt, quod Lambinus in variarum lectionum indice posuit. Alterum nostrae lectioni praesidium ex ipsa re accedit; ritum enim antiquum, designatum ea, firmat vox antiquissima latina, *ambegnus*, quae, testibus Varrone, Festo et aliis, de bobus maxime usurpata est, qui *religato utrinque agno* ad aram ducebantur. Conferatur etiam Harpocr. v. Ἐπίβοιον. Φιλόχορος ἐν δευτέρῳ φησὶν οὕτως. Ἐὰν δέ τις τῇ Ἀθηνᾷ θύῃ βοῦν, ἀναγκαῖόν ἐςι καὶ τῇ Πανδώρᾳ θύειν οἶν μετὰ βοός. καὶ ἐκαλεῖτο τὸ θῦμα ἐπίβοιον.

Sed ipsos hosce boves merito mireris numerum nullum sibi adjectum habere, cum tamen, quod nemo exspectaverat, οἱ θεωροὶ eo sint definiti. Ipsum enim illud ἐννέα ad boves, sive ratiocinatione sive ipsa constructione, trahere, non nisi invitis Musis coneris. Quid porro sibi vult mira illa boum definitio ἀροτρεῖς? Quid? contra sanctissimas omnium populorum leges, bovem aratro destinatum mactare ipsi Dii praecipiunt? Et unde tandem vox haec ἀροτρεῖς, quae poëtis tantum in usu fuit (Theocrit. 25, 1. Arat. 1125.) in loco, ubi pedibus omnia incedunt? Taeterrimi mendi cubile hic esse, ipsi libri indicant. Vox Δωδωναίῳ abest ab aliquot eorum, et ejus loco in Aldina vacuum spatium relictum, quod in exemplo Lessingiano a correctorum altero expletum est per νάρω, ab altero in margine per τομάρῳ. Cod. Bav. dat τῷ Διὶ τῶν ἀροτρίς. Inter alia autem mea ad hunc locum commenta hoc quoque erat, ut vulgatam δωδωναίῳ verum putarem, ex cujus postremis syllabis natas mihi fingerem non solum Lessingianas illas scripturas, sed ipsum quoque vocis ἀροτρεῖς initium, ita ut sola syllaba τρεῖς, quae boum numerum definiret, retinenda esset. Et hoc ultimum solum verum erat: eorum, quae praecedunt, restitutionem Spaldingo debemus. Is enim in scriptura Lessingiana altera τομάρῳ, agnovit *Tomarum* sive *Tmarum* montem apud Dodonam, et pro Dodonaeo Jove, ex glossa nato, *Tmarium Jovem* (Hesychius: Τμάριος· Ζεὺς ἐν Δωδώνῃ), hic a propheta nominatum esse, facile mihi persuasit. Ad partes vocandus erat Cod. Bav., ejusque scriptura τῶν divellenda in τῷ ἐν, unde optima exsti-

tit lectio: τῷ Διὶ τῷ ἐν Τομάρῳ. Nam in ipsis montis Tomari radicibus templum, teste Strabone, situm erat.

* * *

Quae ante hos XXIX. annos tantum non certissima visa sunt ac fortassis etiamnum aliis ita videntur, eadem ipse hodie cogor alii rationi posthabere. Quam priusquam exponam ope novorum subsidiorum, de varietate lectionis, quanquam revera haec inde non augetur, accuratius monendum est. Codices Aug. et Paris. k his oraculis carent omnino. E ceteris qui apud Reiskium memorantur, solus Bav. ex integro collatus est; ita ut ex silentio de ceteris nihil colligi possit: silentur autem ibi in his oraculis omnes, praeter paucula quae e Paris. 1. afferuntur. Itaque in censum hic veniunt praeter Bav. soli octo Bekkeri. Jam in his omnibus hic legitur τῶν ἀροτρεῖς, τῶν ἀροτρὶς, τῶν ἀρωτρὶς, τῶν ἀρωτρεῖς, nisi quod aliqui post ἀρω aut spatiolo aut virgula distinguunt, unus autem Paris. r (quanquam e correctione) ita haec exhibet: τῶ ναρω τρεῖς. Praeterea Cod. Antverp. in margine habet τομαρω. Ex his omnibus apparet, scripturam τῷ ἀροτρεῖς cum vacuo inter haec duo verba spatio e nullo codice esse: sed Aldum servata scriptura ἀροτρεῖς, quam probabat, pro τῶν correxisse τῷ, ratum cognomen Jovis excidisse. Male igitur corrector exempli illius Aldinae Lessingiani istud νάρω inseruit ante ἀροτρεῖς, cum potius τῷ ναρω et τομαρω variationes sint vel correctiones syllabarum τῶν ἀρο-. Scripturam denique τῷ Δωδωναίῳ merum esse puto lacunae illius Aldinae supplementum ex ingenio alicujus natum; quod donec e mspto aliquo afferatur, in editis tantum extare credam: nescio autem an in aliqua jam ex antiquioribus Parisina 1570. compareat. Certe Taylero, qui praeter Aldinam *ceteras* id exhibere prodit, nulla fides: nam Hervagiana prima certe et Paulo-Manutiana hic non differunt ab Aldina. Quicquid est, *Dodonaei* Jovis epitheto locus hic esse non potest, ob id ipsum quod Dodonae hoc oraculum datum est. Verum igitur nomen latet in illis scripturis, ex quibus non minimae auctoritatis est haec τῶ ναρω.

Jam vide quae nobis narrat Stephanus Byz. in fragmento operis plenioris in v. Δωδώνη: ubi mentione facta Jovis, legitur: τὸν δὲ Δωδωναῖον ἔλεγον καὶ ναῖόν: quae in Epitome magis etiam obscurata sunt scriptura Καιναῖον. In uno autem e scholiis ad Il. π, 233. quod ex eodem quo Stephanus fonte complura exhibet, haec etiam scripta sunt: ὁ δὲ Δωδώναῖος καὶ ναϊος (sic, sine accentu, ut omnia)· ὑδρηλὰ γὰρ τὰ ἐκεῖ χωρία. Quae derivatio sive vera est sive non, verum hoc tamen esse nomen demonstrat. Epitheton igitur Jovis quem ceteri Graeci Δωδωναῖον appellabant in ipsa Thesprotorum terra fuit ὁ Νάϊος. Jam cum facillima sit in antiquiori scriptura litterarum *I* et *P* confusio: verisimillimum esse puto, corruptum esse illud τῶ ναρω ex antiquo et vero τῷ Ναΐῳ. Illud autem τομαρω: nam casum tam eruditum, qui Tomarum cum Dodona copularit, statuere non possum: aut ego valde fallor, aut est a manu viri docti, cui corruptum illud τῷ ναρω contemplanti in mentem venit Τομάρου et ceterorum bene multorum quae conjuncta illi nomini Strabo

in descriptione Dodonae refert; isque appinxit hoc nomen non ut variam lectionem sed ut conjecturam, quae minime mirum si Spaldingo mihique fraudi olim fuit. Quare hoc etiam experimento de certitudine harum rerum eductus, priorem tamen illam emendationem in textu hujus certe adhuc editionis relinquere malui; ne forte, si τῷ Νάϊῳ reposuerim, post alios aliquot annos ad prius illud mihi redeundum, aut tertium nunc etiam latens protrahendum sit, et fabula fiam.

* * *

Sed quid faciemus hisce bubus? Mactabimus? mittemus? donabimus — Jovi? Oraculum enim ipsum, ut vulgata sunt verba, nihil definit, et infinitivum desiderari ante τῷ Διὶ quilibet videt. Sunt qui subjectum faciant θεωρούς, πέμπειν ad boves pertinere, et verba καὶ τούτους διὰ ταχέων per parenthesin dicta credant. Perperam: θεωροὶ enim non mittunt, sed secum ducunt victimas. Alii inserunt θύειν. Mihi tota illa admonitio: καὶ τούτους διὰ ταχέων, ne dicam inepta, certe quam maxime importuna visa est. Famelicus fuerit Juppiter, qui adventum pinguium horum boum, quorum nidore saturaretur, opperiri vix posset! Sed antequam infinitivum aliquem ex διὰ ταχέων extundamus, inspiciamus variam praecedentium quoque scripturam. Videmus hic, pro τούτους libros plurimos et optimos dare τούτου τούς. Praecedit numerus ἐννέα, cujus rationem aliquam esse potuisse facile concedo; sed „abest is", verba sunt Taylori, „a nonnullis MSS. et vir „ille sollers, qui Italicum codicem contulit, legit pro ἐννέα, „ἕνεκα, puto θεωρίας ἕνεκα". His verbis quid faciam non habeo. Adeo nihil enim proficitur hac sola mutatione, ut nisi in codice reperta sit scriptura, apponi, a „viro sollerti" vix potuerit. Quicquid est; ejus tamen ope ad veram hujus loci restituendi rationem pervenisse mihi videor. Nimirum revocanda antiqua lectio τούτου τούς, quarum vocum altera ad sequentia trahenda, altera conjungenda est cum ἕνεκα; sic enim lego, non pro ἐννέα, sed ἐννέα καὶ, quod ex male divulsa illa voce natum censeo: ἕνεκα τούτου *propter hoc* sc. peccatum, quod tempus sacrorum praetermisistis. Sed huc mox recurram: nunc sequentia contemplemur. Remanent post hanc meam praecedentium constitutionem verba, τοὺς διὰ ταχέων. Haec itaque ex conjectura, uti mihi quidem videtur, satis probabili, muto et cum sequentibus conjungo in hunc modum: τοὺς δὲ ἀπάγειν τῷ Διὶ — τρεῖς βοῦς etc. Quam verbi ἀπάγειν proprietatem monstrat Herodotus 5, 82. ἀπάξουσι ἱρὰ τῇ Ἀθηνᾷ. Cf. 2, 38. extr. ubi absolute ita usurpatur idem. Nam quod ab eodem pendent etiam quae sequuntur cetera donaria, mensaque aerea, in eo nemo haerebit, praesertim cum alia vocis ἄγειν composita de hujusmodi donis proprie usurpentur, ut Hom. Il. θ, 203. οἱ δέ τοι (Neptuno) εἰς Ἑλίκην τε καὶ Αἰγὰς δῶρ' ἀνάγουσι, ipsumque ἀπάγειν de tributo (v. Xen. Cyrop. 2, 4, 12. 3, 1, 10.)

Verum nunc tandem, per ὕστερον πρότερον, ad ipsum oraculi initium convertamur. Hic non deerunt, qui illud ὅτι in fronte non causalem sed narrativam esse particulam credant: hique vereor, ne emendationi meae, ἕνεκα τούτου, prae aliis faveant. Claudent enim illi voce θεωρίας primam propositio-

nem ad eamque recte respici censebunt per ἕνεκα τούτου. Qua tamen via incedere nolim vel ob asyndeton inter haec: θεωρίας. αἱρετοὺς —; maxime autem quod, ut e sequente oraculo apparet, vocis σημαίνει in his responsis propria significatio est *jubere* non *indicare*. Non tamen ideo contendam, verbum κελεύει insertum esse ab iis qui jungerent σημαίνει ὅτι παρηνέγκατε: minime enim abhorret a sermone antiquo, ut post interjecta illa, verbum σημαίνει ut absolutum relinquatur novumque κελεύει immittatur. Hujus itaque jussi ratio redditur verbis ὅτι — παρηνέγκατε. Neque metuenda est tautologia inter ὅτι et ἕνεκα τούτου. Particula ὅτι enim, plane ut latinum *quod*, sua unius vi non est causalis, neque significat *quia*, nisi referatur ad vocem significantem *propterea*. Eam brevitatis quidem studiosi omittere solent scriptores: attamen in latino sermone nihil frequentius est quam *propterea quod*, quod graece, verbo verbum reddente, est ἕνεκα τούτου ὅτι. Dura aliis videbitur verbi σημαίνει ab ipso jusso divulsio. Quibus observamus, verbum hoc, sollemni formula, in fronte responsi ponendum, et tamen ipsi praecepto causam irae divinae necessario praemittendam fuisse.

Verbum denique παρηνέγκατε erat cum Spaldingus vellet proponere mutandum in παρήκατε. Recte tamen maluit explicare vulgatam ex usu ejusdem verbi intransitivo qui est apud Thucyd. 5, 20. 26. ubi ἡμέραι παρενεγκοῦσαι, sunt *dies elapsi, praeterlapsi*. Nimirum, ut mea rem ratione exponam, ἡμέραι παρενεγκοῦσαι sunt αἵτινες παρήνεγκον ἑαυτάς: quare si ejus rei causa in me fuerit, recte dicar et ego παρενεγκεῖν τὰς ἡμέρας. Quae ratio mihi quidem videtur egregie confirmari usu translato quem praebet Plutarchus in Arato c. 43. (p. 1047. e.) ubi legimus: τότε μὲν οὖν παρήνεγκε τὸ ῥηθέν. Coraësque si in eo loco hujus nostri memor fuisset, certe eum usum non tribuisset hellenismo deflorescenti. Plane enim ut Athenienses hic *praeterire sinunt* tempus praestitutum, sic Aratus illic *praeterire se sinit* verba haruspicis: ut utroque loco verbum παρενεγκεῖν commode reddi possit *negligere*.

Remanet obscuri aliquid in ultimis oraculi verbis: *et praeterea* (sc. offerre debetis) *donarium illud*, *quod donavit populus Atheniensis*. Fortasse tamen explicatione hic subveniri potest. Credibile est, Athenienses, publica quadam calamitate afflictos, legatos misisse Dodonam sciscitaturos, quid agendum esset ad placandam deorum iram. His procul dubio mandatum erat, *vovere* Jovi Dodonaeo, nomine civitatis, dona quaedam, quae, accepto responso, exsoluturum se spondebat populus. Hanc itaque *vovendi* notionem, puto, hic habet ἀνατιθέναι. Quod non solum *suspendere Deo*, sed latiori significatu *consecrare* valet.

EXCURSUS IV.

De Dione.

Ad idem Oraculum.

Dione simul cum Jove nominatur non hic tantum, sed etiam in Orat. de f. L. p 437, 10. et in Epistola 4. quibus

locis apparet participem eam fuisse non templi solum sed et oraculi Dodonaei. Hujus itaque divae nomen interpretes quidam reddiderunt *Junonem*. Servius contra, ad Virg. Aen. 3, 466. *Venerem* Jovis Dodonaei σύνναον θεὰν fuisse tradit. Hinc Jac. Gronovius (ad Stephani Dodonen) Venerem Libitinam non bene, credo, comparans *Proserpinam* vult esse Dionen. Denique si mythologos ipsumque Homerum consulas, invenies Dionae diversae ab illis omnibus deae nomen fuisse, quae inter *Titanides* recensebatur, Veneremque ex Jove peperisse perhibebatur. Ego haec omnia, praeter Gronovii opinionem, vera quadamtenus esse ostendam, et inter se conciliare studebo. Ἔςαι δὲ περὶ αὐτῶν βραχὺς ὁ λόγος, κἂν ἄνωθεν ἄρχεσθαι δοκῶ, ut cum nostro loquar.

Etsi peculiares unicuique genti fuerint fabulae, in eo tamen omnes fere consensisse videntur, ut, si plures deos agnoscerent, summum quendam deum ceterorum regem statuerent eique uxorem assignarent. Cui deae nisi aliunde nomen adhaesisset, ex ipso mariti nomine illud deflexum est. Itaque ex *Jove* formabant *Junonem*. Ζήν deflexum est in Ζανώ, et sic non dubito quin Pelasgi antiqui, a quibus oriundi Epirotae et Dodonaei, uxorem τοῦ Διὸς dixerint Διώνην, quae nomina omnia nihil differunt a Θεός et Θέαινα. Uxor igitur Jovis, quae aliis gentibus *Juno*, Epirotis fuit Dione; et sic melius explicantur nummi Epirotarum, qui omnes, non Dodonaeorum solum, *Jovis et Diones* effigiem junctim exhibent (v. Gronov. l. c.), quam si inferiorem aliquam deam, quae casu in Dodonaei templi et oraculi consortium venerit, Dionen credas.

Haec dudum a me disputata confirmata nuperrime sunt Scholio ad Odysseam γ, 91. ubi relatum est, Amphitriten a quibusdam populis nominatum esse Ποσειδωνίαν, ὡς καὶ ἡ Ἥρα Διαίνη παρὰ Δωδωναίοις, idque Apollodori testimonio firmatur. Sitne autem vera etiam haec nominis forma Διαίνη, an mendose tantum exscripta, definire hodie non experiar.

Dudum a peritis observatum est, mythologiam Graecorum congeriem esse diversissimarum, de iisdem saepe rebus, imaginum et fabularum. Quippe is erat mos antiquarum gentium et imprimis Graecorum, ut nullam neque majorum suorum, neque singularum suae gentis tribuum, neque adeo exterarum nationum, religionem, nullam superstitionem, nullum poëseos antiquioris figmentum pro vano prorsus haberent, sed suis quodque potius religionibus historiisque immiscerent: ea tamen velut lege, ut, quos quidem deos suis quodammodo similes viderent, pro iisdem, etsi diverso nomine, haberent; si vero suis fabulis ea, quae ab aliis tradita essent, plane repugnare intelligerent, diversos saepe deos, qui revera iidem erant, crederent. Posterius igitur hoc tum quoque iis accidit, cum sive reges deorum traditos invenirent, qui cum Jove, sive uxores Jovis, quae cum Junone misceri non posse viderentur. Sed nova tum existebat difficultas; plures enim reges reginasve admittere non poterant. Quam ita removisse mihi videntur antiquiores, ut deos illos regnasse quidem, sed a Jove suo victos caeloque pulsos, deas cum Jove consuesse quidem, at legitimas uxores non fuisse, docerent. Et haec ni fallor vera est origo fabulae de *Titanibus* caelo turbatis, et de *Jovis concubinis* iis, quae inter *Titanides*,

Caeli filias, et inter Titanum filias referebantur, ut Metis, ut Themis, ut Latona, ut Ceres, ut *Dione*, quam omnes diversae fabulae Jovi uxores dabant.

Etenim in eo a se invicem recedebant gentes et fabularum auctores primi, ut regis deorum uxori munia alii alia tribuerent. Sic Ἥρα erat symbolum aëris, Ceres terrae, Latona noctis, prudentiae Metis, justitiae Themis. Quae omnia uxorem Jovis valde decent, prout hunc ipsum sive symbolum caeli, sive parentem lucis, sive summum hominum deumque moderatorem cogitas. Neque igitur *patrem generatoremque omnium* quae sunt dedecebat uxor symbolum *amoris et connubii*, quam cum Venere itaque sua miscebant gentes aliae. Hujus sane Pelasgicae Diones vestigia agnosco in ipsa *Junone Pronuba* quam et Graeca et Itala religio colebat: vid. Pollux 3. cap. 3. sect. 38. Hesych. v. ζυγία. Eurip. Iph. Aul. 718. Apollon. 4, 96. Pind. Nem. 10, 31. et ibi Schol. Virg. Aen. 4, 59. c. Serv. Neque mirum videri potest, si Diones filia ipsa quoque dea amoris est habita. Sic Metidis filia erat Minerva; sic ipsa Graecorum, Hellenum puta, Ἀφροδίτη Ἔρωτα peperit. Et videntur Pelasgi veteres, *amorem*, sicut nostrates, feminino vocabulo usurpasse, ideoque deam, non deum, habuisse; neque Romani *Cupidinem*, opinor, contra suae linguae ingenium, marem fecissent, nisi Graecorum in his omnibus fuissent sectatores.

EXCURSUS V. *Ad* §. 21. *b.*

Totus hic ab ἀλλ' ἴσασιν usque ad ὥςε καὶ ἀποκτεῖναι sermo impeditus est ob ἀμφιβολίαν maxime subjecti et objecti, quam Ulpianus quoque sensit neque confidenter diremit: ait enim εἴη ἂν ὁ μὲν Εὔθυνος ὁ λυπήσας ὁ δὲ ἀποκτείνας ὁ Σώφιλος. Nobis hoc prius monendum est, in omnibus libris ante Σώφιλον legi καί: cujus tamen non eadem est ratio atque illius supra §. 18. a nobis servati: nam ante haec καὶ Σώφιλον nihil adhuc enuntiatum est, ita ut ἴσασιν Εὔθυνον καὶ Σώφιλον nihil esse possit nisi hoc, *norunt Euthynum et Sophilum;* quo admisso sequentia τοῦτον ἐν Σάμῳ plane non haberent unde penderent. Hoc tam manifestum est ut cum Reiskio et Spaldingo non dubitaverim proscribere illud καί, ideo tantum insertum quod hi duo accusativi Εὔθυνον et Σώφιλον aliter coire non viderentur alicui. Jam res ita est dispicienda. Accusativus τοῦτον, qui necessario spectat ad Sophilum, si instar subjecti est, reliqua verba, quomodocunque constituantur, carent objecto. Nam subjecto per τοῦτον repetito non potest non repeti etiam objectum. Patet igitur τοῦτον esse objectum, et subjectum Εὔθυνον. Quae ratio duobus etiam aliis argumentis tanquam naturae magis consentanea commendatur. Nam primum hic verborum ordo, ἴσασι πάντες Εὔθυνον τὸν νεανίσκον Σώφιλον τὸν παγκρατιαςὴν — ἀμυνάμενον οὕτως ὥςε καὶ ἀποκτεῖναι, si Εὔθυνον subjectum est, naturalem cogitationum ordinem sequitur: Εὔθυνος Σώφιλον ἠμύνατο: qui contraria ratione sine ulla causa inversus esset. Deinde rem si spectas, apparet alterum alteri plagam inflixisse tam contumeliose ut hic illum morte ulcisceretur. Jam ex ipsa Demosthenis etho-

poeia statim cognoscas quomodo facta sit res. Nimirum orta inter adolescentulum, qui tamen per luctae exercitationem agilis esset et fortis, nervosumque illum pugilem rixa, consentaneum est, hunc non tantum percussisse illum, sed etiam per contemptum aetatis et staturae aliquam contumeliam addidisse, certe addere visum esse; quam ab homine robustiori sibi illatam eo altiori dolore sentiens ille, quodcunque telum haud dubie ad hunc ulciscendum arripuit. *)

Ita restant sola verba *ὅτι ὁ τύπτων αὐτὸν ὑβρίζειν ᾤετο*: quorum jam olim Spaldingo persuaseram explicationem hanc, ut *ᾤετο* idem sit quod alibi dicitur *ᾤετο δεῖν*, ut in geminis locis §. 39. *ἐπειδὴ — ὑβριστὴς ᾤετο δεῖν εἶναι* et §. 24. *οὐ μόνον εἰς ἐμὲ καὶ τοὺς ἐμοὺς ᾤετο δεῖν ὑβρίζειν.* Quam rationem postea non leviter, confirmatam repperi observatione Heindorfii ad Platonis Protagoram 88. qua locos aliquot affert (quibus addendus Alcib. I. 46. ubi vid. not. atque fortasse Isocr. Paneg. 32. ubi v. Mor.) in quibus verba *ἡγεῖσθαι, οἴεσθαι, λογίσασθαι* et similia subaudito *δεῖν*, sive plane ut *ἀξιοῦν*, cum infinitivo usurpantur. Morari tamen aliquem possit hoc, quod participium cum articulo, *ὁ τύπτων*, mentionem *τοῦ τύπτειν* in praecedentibus requirere videtur: quam difficultatem ita solvas, ut ipso hoc *ὁ τύπτων* posito, rem per se claram immo per vulgus notam, tangere satis habuerit orator. Non negem tamen, facilitate sermonis, quanquam non item emendationis, commendari conjecturam Vateri in Dissertatione proponentis *ὅτι τύπτοντα αὐτὸν* (sc. *τὸν Σώφιλον*) *ὑ. ᾤ.* [Ego non dubito, quin *αὐτὸν* sit accusativus subjecti, quia altero modo Orator dixisset *εἰς αὐτόν*; *ὁ τύπτων* autem ab eo, qui indicare voluit, *αὐτὸν* esse subjectum insertum est. Euthynus putavit, in se insultari a Sophilo et hanc ob causam eum occidit.]

Restat ut de nomine *Εὔθυνος* dicamus. In quo audaciam Reiskii velut minus graecum illud in *Εὔθυμον* mutantis recte notavit Spaldingus. Neque tamen ab appellativo *εὔθυνος* arcessendum illud: sed est ex numero compositorum e nomine *νοῦς* quorum ultimam in usu quotidiano corripientes, paenultimam ejus loco producebant. Conferatur Isocr. Or. *πρὸς Εὐθύνουν* cum Arist. Rhet. 2, 19. ubi de eodem homine est *Εὔθυνον*; et vid. Coraës ad illam Isocratis orationem; item Iambl. de Vit. Pythag. cap. ult. ubi *Εὐθύνους* memoratur Tarentinus et alius, *Εὔθυνος*, Locrus. Add. Ruhnk. in Hist. Oratt. vet. ubi de Archino. Ex analogia autem nominum ejusdem originis per *ι*, ut *Ἀρχῖνος, Κρατῖνος*, scribendum etiam esset *Εὐθῦνος*, cujus tamen scripturae vestigium cum in nullo illorum locorum invenerim, vulgatam *Εὔθυνος* retinui, quamvis haec ad alteram derivationem, qua media syllaba non minus longa foret, ducere videatur. Ceterum etiam *Εὔθυμος* verum nomen fuit; quin pugilis celebris Olympionicae, sed multo antiquioris de quo vid. Taylorum ad h. l.: unde ad Reiskianam rationem sustentandam suspicari possis, nomen illud seriores etiam athleticos homi-

*) Mecum facit Boeckhius quoque in Comment. de chronol. Or. Mid. p. 76. nisi quod vocem *καὶ* servari jubet ut quae valeat *etiam, vel*: quod mihi tamen valde displicet.

nes et inter hos hunc nostrum affectasse. Sed a codicibus standum est.

EXCURSUS VI.

De Ἔνῃ καὶ νέᾳ. *Ad* §. 24. *h.*

Hic locus de mensis die ultima sive potius dubia nondum omni difficultate liberatus est. Quare paulo accuratius de hac re dispiciendum est. Incipiamus autem a nomine *νουμηνία*, ut discant tirones illud ab eo quod nobis est novilunium differre. Nimirum vero suo hoc nomen sensu apud veteres usurpabatur, eumque diem significabat in quo prima quamvis perexigua pars crescentis lunae vespere post occasum solis aliquantisper observabatur. Atque ab ea die novum illi mensem naturalem numerabant. Quae res cum mathematicis rationibus definiri non potest, astronomi postea initium mensis lunaris in ipsum illud temporis momentum posuerunt, quo luna cum sole conjungitur, idque, cum nullilunium potius esset, servato tamen antiquo nomine novilunium semper dixere: qui mos solus hodie inter nos valet. Verum antiquiores etiam Attici ejus cognitionis rudes non erant. Nam mensem ab illa sua *νουμηνίᾳ* incipiebant quidem, sed illud quoque perspexerant, immo oculis suis haud raro cognoscebant, lunam tempore hujus novilunii spatium aliquod novi sui curriculi jam permensam esse. Quod veri initii momentum cum cognosci non posset, diem ante quodque novilunium statuerunt esse inter duos contiguos menses ambiguum, eumque *ἕνην καὶ νέαν* perantiquo vocabulo nuncupabant. Hinc sponte fere sequi videtur, homines superstitiosos ab omni re sive sacra sive profana quae certo mensi antiquitus erat assignata per dubium illum diem quantum fieri potuerit abstinuisse, ac multa ideo negotia eo die cessavisse. Atque hoc puto fundamentum esse ejus rei cujus mentionem in Demosthenis loco factam vidimus. Verum vaga illa et incerta tempus dimetiendi ratio durare non potuit. *Νουμηνία* persaepe caelo obducto agnosci non poterat, et juxta arbitrium *τῶν ἐν τέλει* praefinienda erat; unde turbae quam plurimae natae. Certi igitur et lege quadam mathematica, quamvis arbitraria, finiti menses constituebantur, veris illis quantum fieri poterat proximi. Horum primus cujusque dies certo nomine *νουμηνία* appellatus, dies autem praecedens non minus quidem definite mensi decedenti tributus est; ita tamen ut antiquum illud nomen aboleri non potuerit; quamvis ἡ *τριακάς* nomen etiam usitatum esset; melius id utique; tamen ne hoc quidem omnino verum, cum multi menses XXIX tantum essent dierum. Quibus ita institutis et lege sancitis negotia etiam menstrua quaeque certum suum habebant et initium et finem. Id quod hinc etiam apparet, quod Strato ille Demosthenicus, qui ultimo mensis die praesto esse neglexerat, si lege quoque ambiguus hic dies fuisset, damnari omnino non potuisset. Verum ea sunt hominum ingenia: tu errores doctrina refinge, quicquid vagum est et ambiguum lege defini; si quid per morem antiquum et per nomina fixum est, maxime si quae inde feriae derivantur,

tu ea populo nunquam eripias. *Ἕνη καὶ νέα* semper illud erat quod quivis aure sua percipiebat, dies novus aeque ac vetus: parapegma autem illud publicum doctorum naenia et legulejorum calumnia. Ita nil fere fiebat eo die; certe si quis non adesset ubi per officium suum esse deberet, id non magnopere curabatur sed per veterem consuetudinem excusabatur: donec tandem verus aliquis calumniator et dives, qualis hic Midias, littera legis in suam rem uteretur. Quod autem Demosthenes ita hic loquitur quasi justa illa et certa temporum ratio prorsus non extaret; illud inde facile explicaveris, quod pro Stratone et ad homines de populo loquenti mens populi sola erat servanda.

EXCURSUS VII. *Ad* §. 37. *d.*

Inter documenta mollitiei et luxus quibus in ipsa militia deditus erat Midias, illud etiam §. 37. d. refertur, quod vectus fuerit *ἐπ᾽ ἀστράβης*. Locus, quantum quidem huc pertinet, in vulgatis scribitur ita: — *τὸν θώρακα δὲ οὐδεπώποτ᾽ ἐνδύς, ἐπ᾽ ἀστράβης δὲ ὀχούμενος ἐξ Ἀργούρας τῆς Εὐβοίας, χλανίδας δὲ καὶ κυμβία καὶ κάδους ἔχων, ὧν ἐπελάμβανον οἱ πεντηκοστολόγοι. ταῦτα γὰρ εἰς τοὺς ὁπλίτας ἡμᾶς ἀπηγγέλλετο· οὐ γὰρ εἰς ταὐτὸν ἡμεῖς τούτους διέβημεν.*

Hic ante omnia quaerimus, quid sit *ἀστράβη*: cui quaestioni bifariam respondetur ab ipsis antiquioribus grammaticis: nam pars *clitellas*, pars *mulam* esse dicunt. Itaque posteriorem fere interpretationem recentiores Demosthenis enarratores amplexi locum ita explicant; reversum esse Midiam ab expeditione ad Arguram Euboeae, mula vectum totque sarcinis stipatum, ut portitores, quamvis immunis alias fuisset bellica supellex *), his tamen Midiae impedimentis manum injicerent.

Ulpianus vero in scholiis non modo alteram illam vocis explicationem sequitur sed magni momenti praeterea variam lectionem offert. Sic enim ille:

> *Εἶδος καθέδρας ἀστράβη, παρὰ τὸ μὴ στροβεῖσθαι μηδὲ στρέφεσθαι. ἔστι δὲ ἐπὶ πλεῖστον εἰς ὕψος ἀνῆκον, ὥστε τῶν καθεζομένων ἀνέχειν τὰ νῶτα. χρῶνται δὲ αὐτῷ μάλιστα αἱ γυναῖκες. ἐπισκώπτει δὲ διὰ τοῦτο εἰς μαλακίαν καὶ ἀσθένειαν τὸν Μειδίαν. εἶθ᾽, ἵνα μὴ ἀντιπέσῃ, τί οὖν εἰ κακωθεὶς ἐχρήσατο ταύτῃ τῇ καθέδρᾳ; προσέθηκεν ἐξ ἀργυρᾶς. τὸ γὰρ ἠργυρῶσθαι τὴν καθέδραν δεῖγμα ἦν τοῦ ἐπιτηδεύοντος καὶ ἐντρυφῶντος τούτῳ τῷ εἴδει. τὸ δὲ καὶ ἐξ Εὐβοίας, ὅτι μὴ*

*) Sane immunitatis hujus notitia soli Ulpiano debetur, ideoque eam, ut ex ipso Demosthenis loco argumentatione haustam, non immerito spernit Boeckhius (in Staatsh. d. Ath. I. p. 337.). Observamus tamen, primo, non *arma* nominare Ulpianum, ut ait Boeckhius, sed *πολεμικὰ σκεύη*: deinde, non falsam tamen esse hic, ut alias saepe, argumentationem ejus, sed superfluam. Nam de rebus, quas exercitus ipse secum fert in bellum necessarias, vel absque illa observatione nemo sane putavisset vectigalia olim solvere moris fuisse. Sed illud etiam utique manifestum, ex hoc genere visa non fuisse portitoribus impedimenta illa Midiana.

εἰωθότων τῶν Ἀθήνησι τοιαύτας ἐργάζεσθαι αὐτὸς ἐξ Εὐβοίας ὠνήσατο. ἡ δὲ δημαίδης ἐξ Ἀργούρας ἔχει, ἀπὸ τόπου τῆς Εὐβοίας: ἀλλὰ τὰ ἑξῆς δηλοῖ, ὅτι μαλακίαν αὐτῷ καὶ τρυφὴν ὀνειδίζει, χλανίδας λέγων καὶ ἱμάτια τρυφερὰ, καὶ σκεύη ἐπιτήδεια πρὸς ἀνειμένον βίον.

Non sane sine causa Ulpianus male audit eo nomine quod explicationes suas maximamque partem eruditionis ex ipso quem tractat scriptore hauriens ita tamen omnia proferre solet, quasi aliunde sibi paraverit. Merito igitur ea hic quoque suspicio oritur; cumque scriptum sit apud eum *ἐξ ἀργυρᾶς*, ex maxime proclivi errore, *ἀργυρᾶς* pro *Ἀργούρας*, omnia nata videri possunt. Sed accedit alia melior auctoritas. *Helladius* enim, cui multa aliunde plane ignota accepta debemus, postquam et ipse de Atheniensium loquendi more, mulam qua quis vehatur *ἀστράβην* dicentium, memoravit, haec etiam addit: *λέγεται μέντοι ἀστράβη καὶ τὸ κατασκεύασμα· ὡς Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Μειδίου λόγῳ ἐπ' ἀστράβης ὀχούμενος ἀργυρᾶς.* Ita simul sublesta Ulpiani fide et incommodo illo *ἐξ* ante *ἀργυρᾶς* liberamur.

Nihilominus Piersonus ad Moer. p. 57. Harpocrationem et Macrobium non deteriores Ulpiano testes esse affirmans, rejecit hanc scripturam, nihil contra eam afferens quam usitatam significationem tum verbi *ὀχεῖσθαι*, quo jumentum hic intelligi palam sit, tum vocis *ἀργυροῦς*, quod *argenteum* significet, non *argento obductum*; illud autem, quod argenteam sellam indicium esse dicat Ulpianus mollis et delicati hominis, plane ridiculum esse pronuntians. Addit idem, Athenis mulo vehi solarum fuisse mulierum, aut hominum effeminatorum, aut infirmorum. Praecipuam denique vim grammaticorum testimonio tribuit, ipsisque veterum Atticorum locis, apud quos *ἀστράβη* nonnisi de jumento clitellario inveniatur. Quare, mihi quoque, missis Piersoni propriis argumentis omnibus, ad has auctoritates properandum esse video.

E quibus gravissima est haec *Harpocrationis* glossa: *Ἀστράβη ἡ ἡμίονος, Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Μειδίου. μήποτε**) *δὲ καὶ πᾶν ὑποζύγιον, ἐφ' οὗ ἄνθρωποι ὀχοῦνται, οὕτως ἐκαλεῖτο.* Hoc enim satis manifestum videtur, eum qui ita vocem explicarit, non legisse *ἀργυρᾶς*. Nihili autem est provocatio ad alteram Harpocrationis glossam *Ἄργουρα*, qua respicitur nomen hoc paulo ante (37. c.) positum oratori: et magis etiam nihili illa quae fit ad *Macrobium*. Is enim 5, 21. de *κυμβίῳ* loquens addit: *meminit ejus et Demosthenes in oratione quae est in Midiam*: quae ad nostram quaestionem nihil faciunt: nam quod his verbis in nostris Macrobii editionibus subjecta leguntur verba ipsa Demosthenis, et in his illud etiam *ἐξ Ἀργούρας*, id Macrobio nolente factum est. Equidem graeca haec invenio primum in Ed. Macrobii Hervagiana 1535. Antiquiores, quae graecis verbis Macrobio alibi allatis aut non carent aut eorum loco lacunam ubique exhibent, hi *ne lacunam quidem* admiserunt: ut manifestum sit, verba illa De-

*) Tironibus observo *μήποτε* hoc, quod proprie est interrogativum, *num forte*, grammaticis usurpari sine omni interrogationis tenore pro *fortasse*, vel *videtur*.

mosthenis ad editore tantum Basileensi, et injuria quidem, inserta esse. Harpocrationem tamen, in verbis modo allatis satis gravem fortasse vulgatae lectionis auctorem haberemus, alteram repudiaremus, nisi inspiciendi essent etiam reliqui loci quibus, judice Piersono, eadem vocis ἀστράβη significatio sola confirmaretur. Nos, ut promptius cuique judicium sit, locos ipsos auctorum hiç apponimus.

Lysias in Or. pro Veterano emerito p. 747. ita loquentem hunc introducit: vehi se solere quoties longior via sibi emetienda sit, equis alienis „nam si opulentior essem, ait, ἐπ᾽ ἀστράβης ἂν ὠχούμην". In Machonis versibus ap. *Athen.* 13. p. 582. meretrix peregrinum aliquem amatorem conventura, in Piraeeum descendit εὐτελῶς ἐπ᾽ ἀστράβης, ancillas vero suas tribus asellis impositas secum ducit. Omnium autem disertissime *Lucianus.* In cujus libro Lexiphane cap. 2., homo doctarum et antiquarum dictionum sectator, ἀμφὶ τράμιν, ait, μυλακίζομαι (quod est notum illud equitantium malam circa perinaeum) ἐπ᾽ ἀστράβης ὀχηθείς: quin ἀστραβηλάτην etiam nominat: ὁ γὰρ ἀστραβηλάτης ἐπέσπερχεν. Addatur *Alciphron* 2, 3. apud quem Glyceram suam amator ut ad se veniat invitans, ἐπὶ τῆς ἀστράβης, ait, φέρου. E quibus locis hoc utique efficitur plane eodem modo usurpatam fuisse vocem ἀστράβη ut illam ἡμίονος, *mulus*, *mula*, cum dicimus *mulo vehi* etc.

His itaque subjungamus jam grammaticorum explicationes, praeter illas quas jam vidimus Ulpiani et Harpocrationis. Et *Moeris* quidem ad Atticorum locos modo allatos appositissime ita: Ἀστράβη Ἀττικῶς, νωτοφόρος ἡμίονος Ἑλληνικῶς. Plenius *Etym. M.* Ἀστράβη ἐπὶ σκεύους εἴρηται ξυλίνου. ἤγουν τὸ ἐπὶ τῶν ἵππων τιθέμενον ξύλον, ὃ κρατοῦσιν οἱ καθεζόμενοι, οἱονεὶ ἀστράφη τις οὖσα, παρὰ τὸ μὴ στρέφεσθαι καὶ πίπτειν τοὺς καθεζομένους. Λέγουσι δὲ καὶ αὐτὸ τὸ νωτοφόρον ὑποζύγιον. οἱ δὲ τὴν σωματηγὸν ἡμίονον ἀστράβην λέγουσιν. Quae glossa facit ut ceteris ex Hesychio, Suida et aliunde coacervandis supersedere possimus. Illud tantum observatu dignum, explicationem hanc: Ἀστράβη· σκεῦός τι ἐπὶ τῶν ὄνων ἢ τῶν ἡμιόνων ἐπιτήδειον, legi in Lexico Rhetorico (Seguer. p. 205.): unde recte mihi colligere videor, non alio illam spectare, quam ut ad locum ipsum nostrum Demosthenis aut illum Lysiae.

Si vero illud praeterea reputamus, vocis hanc derivationem, qua designat illud quod *non vertatur* sed *firmum* manet, extra omnem dubitationem veram esse, neque tamen eo respici posse tutum muli incessum, sed qualitatem sedilis; deinde, alterum usum de ipso jumento non afferri nisi tanquam atticum aliquod idioma: hoc, opinor, certissimum nobis apparebit, proprie quidem ea voce nihil designari nisi sellam talem, qualem describit Ulpianus, cathedrae vel lecticae similem. Unde factum, ut *Arcadius* (de Accent. p. 104, 9.) vocabulum ἀστράβη ita explicet, ut sit εἶδος ἁμάξης. Jam si mos maxime pervulgatus fuit, ut haec sedilis vectorii species mulae potissimum, propter firmissimum hujus jumenti incessum, adaptaretur; nihil sane humano percipiendi modo magis consentaneum erat, quam ut, quoties quis diceret ἐπ᾽ ἀστράβης ὀχεῖσθαι, totum illud vecturae genus, hoc est animal ipsum cum alto sedili imposito, menti obversaretur. Atque

ita ἀςράβῃ Atticis dicta est *mula ita instructa*; grammaticis autem subnata est brevior glossa: ἀςράβη, ἡμίονος, Ἀττικῶς: et ineptus ille apud Lucianum sermonis docti sectator ridetur eo, quod quemcunque jam mulum, cui insidet, ἀςράβην, quin mulionem etiam, quanquam hoc ni fallor per jocum Lucianus commentatus est, ἀςραβηλάτην vocat.

Ipsi contra veteres Attici vix dubium quin semper, cum ἀςράβην dicerent, de cathedra potissimum cogitarint; ita quidem ut jumentum fere comprehenderent: sed nunquam ita ut e. g. aliquis dicere potuisset se venam ἀςράβῃ suae secuisse: contra percommode, se ἀςράβην sibi ex hac vel illa materia struendam curasse. Jam si omnia quae in tali sella ex metallo facienda erant, argentea, si lora squamis argenteis obducta, vel alia ex eo metallo ornamenta addita erant: jure et per omnis linguae morem *argentea* dici poterat ejusmodi ἀςράβη.

Verum ratiocinationes hae sunt: quibus diffidi solet. Quare ipsi jam Demosthenis narrationi insistendum est. Quid ergo est istud ὀχούμενος ἐξ Ἀργούρας? Haec nonnisi de reditu accipi possunt: sed quis quaeso insulanum diserte oppidum nominans dicat, mulo se vectum esse inde Athenas? Quid porro hoc sibi vult additamentum: ταῦτα γὰρ εἰς τοὺς ὁπλίτας ἡμᾶς ἀπηγγέλλετο· οὐ γὰρ εἰς ταὐτὸν ἡμεῖς τούτοις διέβημεν? Ultima verba et maxime istud εἰς ταὐτὸν non video quomodo de freto in reditu transvehendo accipi queant. Immo sponte apparet hoc dicere oratorem, pedites se non in eandem equitibus Euboeae partem transvectos fuisse: sed quid hoc ad reditum ἐξ Ἀργούρας? Ita patet, quod vel sola haec praesentia, ὀχούμενος, ἔχων, demonstrare debebant, loqui oratorem de habitu et comitatu Midiae quo per totam hanc expeditionem utebatur ille: et sic demum recte addit „nam haec nobis peditibus, qui in eandem cum istis regionem non sumus transvecti, nuntiata sunt". Illa autem cum portitoribus contentio, si verba ἐξ Ἀργούρας non leguntur, jam non in reditum sed in exitum cadit: quod vel ex ipsa sententiarum oppositione patet „(ἡμεῖς) οἱ διαβάντες ἐν τάξει καὶ τὴν σκευὴν ἔχοντες ἣν προσῆκε τοὺς ἐπὶ τοὺς πολεμίους ἐξιόντας —, ἢ σὺ ὁ — τὸν θώρακα οὐδεπώποτε ἐνδύς, ἐπ' ἀςράβης δὲ ὀχούμενος —, χλανίδας δὲ κ. τ. λ. ἔχων — ὧν ἐπελαμβάνοντο οἱ πεντηκοςολόγοι. Nimirum Midias non ἐν τάξει cum ceteris equitibus exierat; sed quasi privatus peregre proficiscens, mulae, qua per totam hanc expeditionem usurus erat, insidens, et luxus sui instrumentis circumdatus in portum descenderat: ita ut portitores mercatorem in emporia, non militem in bellum pergentem videre se arbitrarentur.

Neque [illegible] negligendum est, paucis ante versibus jam nomine [illegible] oppidum illud ita nude: Περὶ δὲ τῶν συςρατευσ[illegible] εἰς Ἄργουραν —: ut appareat, eum de re satis [illegible] oppido inde omnibus noto loqui; absurdum [illegible] si post pauca verba in reditu idem oppidu[illegible] [illegible] designandum putaret ἐξ Ἀργούρας [illegible]

[illegible] ad demonstrandam veritatem [illegible] ἐξ Εὐβοίας. Neque hodie [illegible] optimus Par. Σ liquido eam [illegible] [illegible]ebent scripturam ἐπ' ἀςράβης

βης δὲ ὀχούμενος ἀργούρας τῆς ἐξ Εὐβ. Quae manifesta est primaria corruptio. Nam quantumvis proclivis fuerit error ex illo *Ἀργούρας* in *ἀργυρᾶς*; non minus tamen facilior erat alter quoque lapsus, ut oppido *Ἀργούρᾳ* modo memorato, librarius idem nomen se iterum conspicere putaret in illo *ΑΡΓΥΡΑΣ*. Ita e vera scriptura (*ἐπ' ἀστράβης δ. ο.*) *ἀργυρᾶς τῆς ἐξ Εὐβ.* natum est *Ἀργούρας τῆς ἐξ Εὐβ.*, quod mox alius emendatione certa sibi visus est corrigere ita, *ἐξ Ἀργούρας τῆς Εὐβοίας*.

Ipsam autem hanc luxum objiciendi rationem, et eadem quidem sermonis forma, repetitam habes infra §. 43. ubi uxorem Midias ad mysteria Eleusinem et quocunque alio voluerit dicitur vehere solitus *ἐπὶ τοῦ λευκοῦ ζεύγους τοῦ ἐκ Σικυῶνος*. Regum itaque modo Midias ad vitae splendorem undique omnia conquisiverat, bigas albas Sicyone, cathedram vectoriam argenteam ex Euboea, et quae nos ignoramus reliqua.

EXCURSUS VIII.

De Nicerato: ad §. 45. a.

Nicias, Nicerati filius, clarus Atheniensium imperator, filium reliquerat avo cognominem, satis et ipsum notum ex Lysiae et Xenophontis libris, quique periit sub triginta tyrannis. Hunc cum a Demosthene indicatum hic putarint viri docti, Taylorus ad Lys. de Aristoph. bonis p. 648. Ed. Reisk., et Reiskius ipse in Ind. Demosth., apparet haec exempla ex superiorum temporum historia desumpta illis visa esse. At quis credat Demosthenem, ut Midiae pudorem incutiat, homines excitare qui ante hos quinquaginta annos naves reip. a se oblatas ipsi conscenderint? Immo omnis et rerum et verborum nexus demonstrat non ejusdem temporis tantum, sed ejusdem etiam de quo hic agitur expeditionis trierarchos hic nominari. Et mire profecto claritate illorum nominum offuscati erant oculi eorum, qui ne inde quidem hoc agnoscerent, quod duo ex tribus his nominibus, Niceratus et Euctemon, deinceps etiam inter quinque trierarchos leguntur, qui harum ipsarum rerum testes sunt Demostheni, quique a pago ibi, hic autem a patre quisque cognominantur. Jam cum apud Lysiam (l. l. et adv. Poliuch. p. 604. 605.) legamus, illum ex oligarchiae temporibus Niceratum filium et ipsum reliquisse, cumque inter illud tempus et has Demosthenis cum Midia lites XLVIII circiter anni intercesserint; nihil impedit quo minus hujus iterum filius nunc intra XX et XL annos natus, et sive *παῖς* sive *ἄπαις* dictus (vid. Spaldingi notam) trierarchus fuerit. Vide Boeckhium in Staatsh. d. Ath. II. p. 14. qui tamen, quod ibi conjecerat, Niciam hunc juniorem, Nicerati Demosthenei patrem, eundem esse pro quo scripta est Isocratis oratio contra Euthynum, neque diversum a decoctore illo Nicia, de quo Athenaeus 12. p. 537. et Aelian. V. H. 4, 23., illud nunc ipse deserit. Nam primum filius ille Nicerati Lysiani sub XXX viris infans fuit, ut diserte scriptum est in or. c. Poliuch. p. 604. quod non cadit in Niciam Isocrateum qui sub iisdem tyrannis in rep. versabatur (Isocr.

l. c. 3.). Deinde quod decoctor ille Nicias a pago dicitur *Pergasensis*, Niceratus autem noster trierarchus mox in testimonio *Acherdusius*, illud si cetera quidem satis certa essent, non obstaret fortasse: nunc filium in alienum pagum migrasse, sine indiciis affirmare, periculosum videtur. Neque necessarium. Nam multi olim fuerunt Niciae, quod vel ex solo Reiskii indice historico discas. Dixerim potius, cum nobilem Niciarum Niceratorumque familiam satis notum fuerit Acherdusios fuisse, hinc esse quod decoctor ille diserte apud Athenaeum dicatur Pergasensis. Conf. praeterea Palmerii nota ad Aristoph. Eccl. 428. (Exercitt. p. 728.), cujus conjecturae, imberbem illum Niciam, comico memoratum, Nicerati secundi filium, hujus nostri patrem esse, omnia favent.

EXCURSUS IX. *Ad* §. 53. *d.*

Hanc in Olynthum expeditionem, verbo supra jam memoratam §. 44. b., Boeckhius in comment. de Chronol. Or. Mid. p. 81 sqq. demonstravit a celebri illa Olymp. 107, 4. diversam esse et aliunde prorsus ignotam. Utut autem historica hujus loci ratio expediatur, illud ex ratione grammatica et rhetorica manifestum est, respici hic eosdem equites de quibus supra §. 37. relatum erat, Midiam illos, qui secum militatum abiissent Arguram, e Chalcide reducem accusasse, probrumque reipublicae appellasse. Cum quo ejus sermone jam illud componit orator, quod dicturum esse eundem affirmat, concionem illam quae se, tempore choragiae, in comitiis damnasset veram populi concionem non fuisse, sed, populo in bellum profecto, signorum desertores, peregrinos, saltatores. Haec autem in majorem invidiam ita proponuntur: „Midias apud quoscunque fuerit, illos apud ceteros calumniabitur. Exierat militatum cum parte populi: reversus, cum illi Olynthium transissent, accusavit eosdem apud eos qui tum remanserant (h. e. in comitiis Athenis). Mox exercitu in aliam expeditionem (ad Tamynas) profecto ipse remansit (et illa circa choragiam patravit; vid. §. 44. c. d.). Jam igitur concionem eorum qui secum remanserant (quique tunc eum condemnaverant) calumniabitur apud eos qui tum exierant (πρὸς τοὺς ἐξεληλυθότας)". Nam cum apud integrum nunc populum, superiorem illam concionem ut mutilam et quasi subditiciam calumniatur, revera illos qui tum secum remanserant, apud eos qui tum exierant accusat. Ita apparet non solum verbum *μείνας* (h. e. qui tum remanserat) immerito importunum visum esse quibusdam, sed illud etiam quod ejus loco in cod. Ital. legitur *μεινάντων* fortuito errori tribui non posse, ut quod manifesto opponatur ei quod sequitur, *τοὺς ἐξεληλυθότας*. Ne dubita igitur quin ambae voces conjungendae sint ita:

> *νῦν πάλιν μείνας τῶν μεινάντων πρὸς τοὺς ἐξεληλυθότας τοῦ δήμου κατηγορήσει.*

quae probe respondent illis quae ad verbum fere dixerat ita: (*στρατευσάμενος*) *τῶν μεθ' ἑαυτοῦ στρατευσαμένων πρὸς τὴν ἐκκλησίαν* (*τῶν μεινάντων*) *κατηγόρει.* Asyndeti autem, utut locum constituas, nulla suspicio, modo pro maxima interpunctione

quae est in vulgatis ante νῦν πάλιν, mediam ponas mecum. Nam inter duas velut e regione sibi positas dictiones, quales hic sunt ὅτε εἰς Ὀλ. — κατηγόρει, νῦν πάλιν — κατηγορήσει, ipsa juxta positio juncturam facit.

EXCURSUS X.

De formis αὑτόν *et* αὐτόν.

Difficile admodum est ubique pronuntiare inter formam reflexivam αὑτόν et simplicem αὐτόν. Nimirum Graeci, sicut Latini, reflexiva pronomina usurpant etiam in illa ad remotius reflexione: e. g. non solum *amat se*, sed etiam *amat amantes se*, ubi nostrates *er liebet **sich**, er liebet die **ihn** liebenden*. Sed non aeque familiare hoc Graecis: quippe qui crebro etiam αὐτόν adhibeant: cujus tamen rei norma difficilis est inventu ideo etiam, quod in libris minuta haec differentia αὐτόν et αὑτόν saepissime oblitterata est. Videmur tamen ad certiora pervenire posse si ab illis exemplis procedimus in quibus aut distinctior forma ἑαυτόν comparet, aut ante formam αὑτόν tenuis littera aspirata est. Ponemus autem ejus generis ex hac oratione exempla primo loco ea, in quibus illud, unde pendet hoc pronomen, verbum secundarium *Infinitivus* est: 7. a. κελεύων ἑ α υ τ ὸ ν εἰς τὰ Διονύσια χ ε ι ρ ο τ ο ν ε ῖ ν ἐπιμελητήν. 37. b. ἀλλ᾽ εἰ μὴ κ. τ. ε. — ἀβίωτον ᾤετο ἔσεσθαι τὸν βίον ἑαυτῷ. 60. c. τόθ᾽ ἕκαςον χρὴ — — μὴ παρορᾶν τὰ τοιαῦτα, μηδ᾽ ἐφ᾽ ἑαυτὸν ἐλθεῖν περιμένειν h. e. μὴ περιμένειν ἕως ἂν τὰ τοιαῦτα ἐ π᾽ α ὐ τ ὸ ν ἔλθῃ. 19. d. τῶν ἴσων καὶ τῶν δικαίων ἕκαςος ἡγεῖται ἑαυτῷ μετεῖναι. Itaque recte etiam scriptum 8. d. διελύσαντο, ἴσως λυσιτελεῖν αὑτοῖς ἡγούμενοι. 40. c. οἱ ὑμέτεροι πρόγονοι οὐδενὸς τούτων αὑτῷ συνεχώρησαν ὑβρίζειν αὑτούς: et ibidem merito Reiskius reduxit καὶ Δεκέλειαν αὑτοῖς ἐπιτειχισθῆναι — ὑπέμειναν e codd. tribus quorum unus distinctius etiam ἑαυτοῖς. 56. a τὴν ἔχθραν ἣν οὗτος αὑτῷ πρὸς ἐμὲ — φησὶν εἶναι. 57. a. παρ᾽ ὑμῶν αὑτοῖς ἀξιοῦντας δοθῆναι τὴν χάριν ταύτην (junge ἀξιοῦντας δοθῆναι αὑτοῖς). Atque ita, quanquam in minuta re, codicum in tot locis consensus, traditionem aliquam grammaticam constituit: recteque vel sine codd. Taylorus 47. g. rescripsit τὰς βλάβας ἅς — ἐλογίζετο αὑτῷ γεγενῆσθαι — ἄνθρωπος. Sed cum probe sciam Graecis nullam regulam tam sanctam esse quin perspicuitatis et concinnitatis gratia eam migrare possint, ideo in loco ...

60. extr. τοῦτ᾽ οἶδε καὶ θαῤῥεῖ καὶ πεπίςευκε τῇ πολιτείᾳ μηδένα αὐτὸν ἕλξειν —

formam αὐτόν intactam reliqui quoniam post ipsum secundarii verbi subjectum invenusta videretur forma αὑτόν ad longe remotius subjectum respiciens. In loco autem 10. c. οἱ νόμοι πᾶσιν ὑπισχνοῦνται — δίκην — ἔσεσθαι δι᾽ αὐτῶν λαβεῖν, verba δι᾽ αὐτῶν λαβεῖν non pendent ab illo οἱ νόμοι ὑπισχνοῦνται sed a propiori ἔσεσθαι. Infinitivi denique per articulum a praecedenti verbo disjuncti vel duo exempla visa mihi sunt sufficere, ut a libris spiritum lenem dantibus ne recederem: 35. b. τὸν ἐξείργοντα δέει καὶ φόβῳ τὸ δίκην — λ α μ β ά ν ε ι ν παρ᾽ αὐτοῦ. 39. c. ἕκαςον ἀποςερεῖν τοῦ δίκης παρ᾽ αὐτοῦ τυχεῖν.

Altera classis exemplorum est quibus verbum secundarium per *participium* adnectitur; in qua cum forma reflexivi distinctiori invenio haec: 8. b. *δύο ταῦτα ὡσπερεὶ κεφάλαια ἐφ' ἅπασι τοῖς ἑαυτῷ νενεανιευμένοις ἐπέθηκεν.* 53. d. *οὗτος τῶν μεθ' ἑαυτοῦ ϛρατευσαμένων ἱππέων — — κατηγόρει* 48. d. *ἐπάταξέ τινα ἐχθρὸν ὑπάρχονθ' αὑτῷ.* Itaque e codd. plur. et opt., pro vulgato *ἐπ' αὐτόν* recepi aspiratam formam in loco 35. d. *τότ' ἀμύνεσθαι τοὺς ἀδίκως ἐφ' αὑτὸν ἐλθόντας χρή:* idque eo magis necessarium erat quod verbi *ἀμύνεσθαι* subjectum persona definita hic est nulla Verum quo magis luculenta sunt priora illa tria exempla eo magis mireris constantiam, qua lenis appingitur hisce:

25. f. *εἰ παρὰ τῶν ἔρημον καταδιαιτησάντων αὐτοῦ τηλικαύτην δίκην οὗτος ἀξιοῖ λαμβάνειν.*

34. c. *ὃς ἄνδρα ἀτυχοῦντα, οὐδὲν αὐτὸν ἠδικηκότα — συκοφαντεῖν ᾤετο δεῖν.*

37. a. *Ὅσα — τὸν ἀεὶ προστυχόντ' αὐτῷ πεποίηκεν.*

3. e. *εἴ τις ὑμῶν — — ὑπελάμβανεν, ἐνθυμηθεὶς νῦν — ἀκουσάτω, καὶ τὰ φαινόμενα αὐτῷ δικαιότερ' εἶναι ταῦτα ψηφισάσθω.*

23. d. *κατέσχισαν τὰς θύρας τῶν οἰκημάτων ὡς αὐτῶν ἤδη γιγνομένας.*

et e. *τὰς δίκας, ὡς αὐτῶν οὔσας, ἠφίεσαν τοῖς ἐπιτρόποις.*

Mira inquam constantia, quam tamen ut verum fatear, non tanti facio quam superiorem illam in aspiratione. Nam *αὐτόν* pro *αὑτόν* socordiae plerumque et ignorantiae describentium debetur: qui contra non temere lenem in asperum mutabant. Ne tamen nimis calide et ex arbitrio agere viderer, lenem in his exemplis ubique intactum reliqui, tametsi nihil neque per sensum neque per structuram interesse censeam inter illa *μεθ' ἑαυτοῦ ϛρατευσαμένων, ὑπάρχονθ' αὑτῷ,* et haec *οὐδὲν αὐτὸν ἠδικηκότα, τὸν προστυχόντ' αὐτῷ,* immo in duobus postremo loco supra positis exemplis per ipsam sententiae vim necessaria plane mihi quidem videatur reflexiva forma (*ὡς αὑτῶν γιγνομένας,* vel *οὔσας*).

Illa autem exempla, in quibus participium positum est *casu absoluto*, recte mihi quidem videntur illi normae se subtrahere: qualia sunt 14. d. *Ἕλληνες — —, φύσει πρὸς ὑμᾶς ἔχθρας αὐτοῖς ὑπαρχούσης, ὅμως — ἀξιοῦσιν.* 41. c. *ἡ δέ, ἐξὸν αὐτῇ βελτίω πρίασθαι, τοῦτον ἠγόρασεν.* 54 b. *τίς ἔϛιν ὅστις, καταχειροτονηθὲν αὐτοῦ —, οὐκ ἂν κατέδυ;* Idemque statuo de iis in quibus secundarium verbum primario jungitur sive per *vocem relativam* sive per *conjunctionem:* ut in his: 9. c. *ἐρεῖ, ὡς δίκας ἰδίας μοι προσῆκεν αὐτῷ λαχεῖν.* 18. g. *Φιλόϛρατον οὐ προσιόντα, ὅποι μὴ προσῆκεν αὐτῷ.* 26. h. *πείθοντα ἡμᾶς, ὅπως τὴν δίαιταν αὐτῷ ἀποδιαιτήσωμεν.* 54. d. *οὐδὲ γὰρ ἕξειν, ὅ,τι χρήσεσθε αὐτῷ, νομίζει.* Quare cum hunc locum

60. e. *οὐ φοβούμενος, οὔτ' εἰ φίλος οὔτ' εἰ μὴ φίλος αὐτῷ συντεύξεταί τις*

in Aldina, silente Reiskio, ita scriptum invenirem, vulgatam inde a Parisina *αὑτῷ.* Lambini emendationem esse ratus, antiquam scripturam revocavi. Quanquam non dubitavi eundem auctorem deserere 33. c. ubi in structura illa cum *Infinitivo* Aldina dat, *ἠξίου δὲ καὶ πρὸς ἐμὲ αὐτῷ δι' ἐκείνου γίγνεσθαι τὰς διαλύσεις:* quin 34. c. omnes codices, si recte conferentibus

confidimus, in eadem sententia habentes *καὶ πρὸς ἐμὲ αὐτὸν διαλύειν ἠξίου:* quorum locorum utrique ego, Marklandum secutus, asperum appinxi. Sed 34. b. quanquam itidem in eadem sententia, servavi vulgatam propter intercedentem particulam *ὅπως: καὶ ἀξιοῦντα Ἀρίςαρχον ὅπως ἂν διαλλάξῃ αὐτῷ Δημοσθένην.*

EXCURSUS XI.

De abundantia negationis.

Nemo hodie ignorat voces negativas, maxime particulam *μή* et quae inde componuntur, ut *μηδέν* cet., etiam post illa verba quae negationem rei jam continent, ut *ἀρνεῖσθαι negare, κωλύειν impedire,* tamen diserte saepe addi. Cujus rei exempla habes in Vigero Hermanniano p. 459. et 810. sq. in Matth. Gramm. p. 763 sqq. et in Frotscheri libello Obss. crit. in Xenoph. Mem. Socr. p. 21. Eoque pertinet in nostra oratione illud §. 47. a. *οὓς ἔξαρνος ἦν μὴ τεθεικέναι.* Conf. nota Spaldingi de verbo *ἐναντιοῦσθαι* ad §. 7. a. Ratio autem hujus usus commode in plerisque videatur explicari ita, ut respectu verbi negantis infinitivus iste cum negatione non sit instar *objecti,* sed adjectus tantum ad exprimendum *effectum,* plane ut, citra negationem, in his *ἔδωκε φορῆσαι, πέφυκα φιλεῖν.* Essent itaque illa latine: „impedio te, ita ut *non facias;* nego hoc, dicendo *non esse*". Quin illis etiam formulis in quibus infinitivo ita ab abundanter negato praemittitur articulus *τό,* eandem rationem applicare possis. Sunt enim exempla ubi articulus iste manifesto non pendet a verbo ut casus objecti; quale est hoc Euripidis Phoen. 1183. *Μηδ' ἂν τὸ σεμνὸν πῦρ νιν εἰργάθειν Διὸς Τὸ μὴ οὐ κατ' ἄκρων περγάμων ἑλεῖν πόλιν:* ubi vides articulum *τό* absolute incedere et ita sermoni adnecti, velut si esset *κατὰ τὸ —, εἰς τὸ —*: duplex autem negatio *μὴ οὐ,* ut in aliis etiam formulis, est instar simplicis (de qua re verba faciam in fine hujus excursus): atque ita *εἴργω σε τὸ μὴ οὐ* — idem valet quod *εἴργω σε ὥςε μή.*

Verum enimvero haud pauca etiam sunt exempla, in quibus articulus a verbo pendet manifesto; ut cum genitivo casu junctus est verbis arcendi, qualia dabunt Abreschius Dil. Thuc. p. 239. et Heind. ad Plat. Parm. 41. e quibus maxime huc facit hoc e Xenoph. Anab. 3, 5, 11, *ὁ γὰρ ἀσκὸς δύο ἄνδρας ἕξει* (retinebit) *τοῦ μὴ καταδῦναι.* Cui addam ex Ionismo hoc Herodoti 1, 86. *εἴ τίς μιν δαιμόνων ῥύσεται τοῦ μὴ ζῶντα κατακαυθῆναι.* Itaque minime mirum si verbum etiam *κρατεῖν,* ubi vi pollet impeditiva, eadem ratione struitur, quod habes in vexato Xenophontis loco Laced. 4, 6. *καθιςάναι βουλόμενοι (αὐτὸν) εἰς τὸ μήποτε ὀργὴν τοῦ μὴ πείθεσθαι τοῖς νόμοις κρατῆσαι.* Nam revera quidem ira hic *κρατεῖ τοῦ πείθεσθαι,* sed ita *κρατεῖ* ut *retineat, tollat:* quod Atticus scriptor particula *μή* insuper inserta enuntiat In nostra autem oratione huc pertinet

§. 12. b. *οὐ μόνον τοῦ μὴ μετ' ὀργῆς ἀπέχει·*

cujus loci ratio, quae viros doctissimos olim fefellit, nunc extra omnem dubitationem posita est: quippe *τὸ μετ' ὀργῆς*

recte dicitur omissione infinitivi πράττεσθαι: itaque τοῦτο ἀπέχει τοῦ μὴ μετ' ὀργῆς (πράττεσθαι) ab allatis exemplis nihil prorsus differt. — Paulo diversa est ratio loci, qui huc tamen facit, Xen. Anab. 1, 3, 2. μικρὸν ἐξέφυγε τοῦ μὴ καταπετρωθῆναι, ubi ἐξέφυγεν, quod nonnisi accusativum regere potest, absolute dictum est, genitivus autem pendet a voce μικρόν.

Jam ex his per genitivum factis locutionibus apparet, illas etiam in quibus est τὸ μὴ —, si quidem recte a praecedentibus pendet accusativus, eandem cum illis explicandi rationem exigere: ut in illo Platonis, Parmen. 41. ubi ἐκφεύγειν τὸ μὴ ἕτερα εἶναι ἀλλήλων dictum est de iis quae non sunt diversa, ergo pro ἐκφεύγειν τὸ ἕτερα εἶναι. Quae loci ejus explicandi ratio extra omnem dubitationem ponitur alio ejusdem Platonis, Soph. p. 235. b., in quo eadem dictio interrupta est per formam dialogicam ita: οὐκέτ' ἐκφεύξεται τόδε γε. Τὸ ποῖον; Τὸ μὴ ἐκ τοῦ γένους εἶναι τοῦ τῶν θαυματοποιῶν τις εἷς. Vides hic accusativos τόδε et τὸ ποῖον et τὸ μὴ εἶναι ad eandem rem referri, atque ita verbis quidem hoc dicere Platonem, οὐκ ἐκφεύξεται τὸ μὴ εἶναι, cum sensus sit, οὐκ ἐκφεύξεται τὸ εἶναι. Ad eandem autem accusativi rationem referenda etiam exempla cum forma μὴ οὐ, quale est illud Soph. Oed. T. 283. μὴ παρῇς τὸ μὴ οὐ φράσαι, pro μὴ παρῇς τὸ φράσαι.

Itaque illam explicandi viam, qua insertum illud μὴ logicae rationi, in parte saltem exemplorum, redditur, cui et ipse olim favebam (vid. Ind. ad Plat. Men. etc. in μή), nunc omnino desero, neque dubium esse puto, quin in omnibus illis negatio sit revera et primitus abundans, incultataque eodem, nimio sane, studio mentem negandi certius fortiusque significandi, quo etiam illa οὐκ ἐποίησε τοῦτ' οὐδαμοῦ οὐδείς et sim. nata sunt. Neque inde eximenda sunt exempla illa in quibus formula τὸ μὴ οὐ non est instar accusativi a verbo pendentis: siquidem graeco more accusativus negligenter quoque adjici solet verbo cuicunque: id quod cadit etiam in accusativum infinitivi, ut Soph. Philoct. 1241. ἐστὶν ὅς σε κωλύσει τὸ δρᾶν. Itaque pro eo quod ratione simplicissima est εἴργω σε δρᾶν lingua admittebat et εἴργω σε τὸ δρᾶν, et εἴργω σε τὸ μὴ δρᾶν, et εἴργω σε τὸ μὴ οὐ δρᾶν, quod habemus supra in exemplo ex Eurip. Phoeniss. Atque haec ultima forma usurpata est potissimum, quotiescunque verbum secundarium aliquanto operosius, sicut fit latino *quo minus*, a primario distinendum videretur, e. g. Soph. Trach. 88. οὐδὲν ἐλλείψω τὸ μὴ οὐ πᾶσαν πυθέσθαι τῶνδ' ἀλήθειαν πέρι. Add. Oed. T. 1232. Aj. 727. Aesch. Prom. 393. 926. Xenoph. Symp. 3, 3. et illud Platonis, Rep. 1. extr. ubi nunc e libris omnibus scribitur τὸ μὴ οὐκ pro vulgato antea τοῦ μὴ οὐκ.

Quod autem haec abundantia frequentissime reperitur in ea negatione quae fit per μὴ vel μὴ οὐ, ejus hanc esse causam puto, quod res ipsa accidit in verbo secundario pendenti ab alio primario: quo loco rarior usus est directae negationis οὐ. Est tamen interdum, post ὡς vel ὅτι, quando hae particulae sermonem aliquem introducunt modo *indicativo*: atque tum locus etiam est negationi abundanti. Plat. Men. 26. ὅτι δ' οὐκ ἐστὶν ἐπιστήμη, σκέψαι ἐάν σοι δοκῶ εἰκότως ἀπιστεῖν. Demosth. Philipp. 3. p. 124., ult. ἀνθρώπους μισθωτοὺς ὧν οὐκ ἂν ἀρνηθεῖεν ἔνιοι ὡς οὐκ εἰσὶ τοιοῦτοι: c.

Onet. I. p. 871, 14. ὡς δ᾽ οὐκ ἐκεῖνος ἐγεώργει τὴν γῆν· οὐκ ἠδύνατ᾽ ἀρνηθῆναι. Alia dabit Heind. ad Plat. Lys. 41. Protag. 99.

Tandem eo devenit usus ut non solum *verbo uni* negationem comprehendenti redundans negatio subjiceretur: verum etiam in *locutione* diserte quidem non negante, sed quae dum alterum affirmat, eo ipso alterum *mente* negat, huic posteriori membro negatio insuper adderetur, atque ita revera totum plane conturbaretur. Sic qui dicit, *τοῦτο μᾶλλον ποιήσω ἢ ἐκεῖνο*, affirmatione ad *τοῦτο* relata mente negat idem respectu *ἐκείνου*: quod suffecit usui ad effingendam formulam *μᾶλλον ἢ οὐκ ἐκεῖνο*, de qua vide Koen. et Bast. ad Greg. Cor. Att. 44. Nam Hermanno, qui (ad Viger. p. 801.) statuit nonnisi praecedente negatione (*οὐ μᾶλλον ἢ οὐ*), saltem latente ea (*τί μᾶλλον ἢ οὐ*), ita dixisse Graecos accedere non possum: eo minus, quod in tam paucis quae adhuc afferri potuerunt exemplis hoc tamen est Thucydidis, quod per negationem in priori parte latentem nonnisi contorte admodum explices: 3, 36. ubi Athenienses mutata de Mytilenensibus sententia agnoscunt, *ὠμὸν* esse *τὸ βούλευμα — πόλιν ὅλην διαφθεῖραι μᾶλλον ἢ οὐ τοὺς αἰτίους*. Immo abusum hunc voculae *οὐ* nasci potuisse censeo nonnisi in formula affirmativa, qua posterior pars negatur; non in altera *οὐ μᾶλλον τοῦτο ἢ ἐκεῖνο*, qua eadem pars, et fortius quidem, affirmatur. Suspicor itaque in vulgari Atticorum usu obtinuisse illud, ut quoties ope vocis *μᾶλλον* cum affectu negandum esset aliquid, loco formulae *μᾶλλον ἢ* diceretur etiam *μᾶλλον ἢ οὐ*; quod in consuetudinem abiit ita, ut in contraria quoque sententia eidem formulae negatio tantum praefigeretur: *οὐδὲν μᾶλλον ἢ οὐ —*. Utraque autem formula cum admodum trita esset, in optimorum etiam scriptorum sermonem se insinuavit, auribus ad illud *οὐ* non amplius attendentibus. Unde hoc quoque explicandum puto, quod in loco Thucydidis modo allato superflua negatio per *οὐ* facta est, non per *μή*, quod natura enunciationis ibi requirebat. Jam a formula *μᾶλλον ἢ* quoad relationem nil diversa est formula *ἄλλως ἢ*: et recte itaque nos in hac or. §. 20 d. intactum reliquimus hoc:

> εἰ τοίνυν τις ὑμῶν ἄλλως πως ἔχει τὴν ὀργὴν ἐπὶ Μειδίαν, ἢ ὡς οὐ δέον αὐτὸν τεθνάναι· —

Hic etiam, dum *τὸ ἄλλως πως* affirmatur, negatur *τὸ δέον*: vel ut aliter rem eloquar, *ἄλλως πως τὴν γνώμην ἔχει ἢ ὡς δέον* nil differt ab illo *ἀρνεῖταί ὡς δεῖ*: itaque negatio sicut in hac, ita in illa quoque dictione attice inculcatur. Certe voce *ἢ* omittenda sermonem verae rationi non reddideris; oportebat enim hic quoque, *ἄλλως πως γιγνώσκει, ὡς μὴ δέον*, non *οὐ*: ut certe hic locus et Thucydideus ille invicem se sustentent.

Aliud exemplum negationis superfluae non a verbo negativo, sed a phrasi sensum ejus comprehendente, pendentis, et quidem in forma *μή*, nos e codd. restituimus §. 48. b. Nam in his

> πολλὰ πεποιήκασιν οἱ νόμοι πρὸ τοῦ μὴ τὸ σῶμα ἕκαστον ὑβρίζεσθαι

formula *πρὸ τοῦ* cognata est illi *μᾶλλον ἢ —* : aut etiam haec *πολλὰ ποιεῖν πρὸ τοῦ —* idem fere sunt quod *κωλύειν τὸ —*: et eidem propterea utrumque dictum elocutionis abnormitati

obnoxium est, cf. χωρὶς εἰ μὴ et sim. Lob. ad Phryn. 459. χωρὶς τοῦ μήτ' ἀκούειν μήθ' ὁρᾷν Thesm. 11.

Restat, ut paucis exponam de eo quod ad hunc locum supra reservabam, mea scilicet formas μὴ et μὴ οὐ dijudicandi ratione, diversa illa ab Hermanniana. Illi enim μὴ οὐ duae semper sunt verae negationes, e quarum diversa tamen relatione et junctura, varium illum qui in libris veterum est usum enodare acute studet. Mihi contra sola μή vera est et primaria sermonis graeci negatio, respondens illa aliarum linguarum a littera *n* incipientibus particulis. Nam graecum μή a latino *ne* nonnisi dialecto differre, sicut μίν et νίν; μῶν et *num*, manifestum est ex ipso graecismo, qui habet νήποινος et similia. Altera οὐ, per se primitus negatio non fuit: sed simplici μή fortius negabat formula μὴ οὐ: cujus altera pars, plenius ita sonans, οὐχί vel οὐκί, mox decurtata in οὐκ et οὐ, sua ipsius vi affirmativa potius erat, sed restrictivo illo sensu, quem exprimunt latina *aliquantum*, *aliquo modo* Ita μὴ οὐ respondebat gallicis hisce *ne pas*, *ne point*, et magis etiam, quin per ipsam linguarum cognationem, germanico *nicht*, quod ut cuivis notum, compositum est ex negatione et vocula *icht*, quae valebat olim *irgend*, *irgendwie*. Jam in gallico quidem sermone forma illa *ne pas* ita obtinuit ut ea sola vulgatissima sit et, quoad sensum, simplex nunc negatio. Tamen alterum ejus elementum *ne* solum remansit in dictionibus quibusdam qualis est *je ne sais:* et alterum itidem *pas*, affirmativum illud et restrictivum proprie, per omissionem verae negationis negativum et ipsum factum est in loquendi formis nonnullis, quae a negatione incipiunt, ut in responsionibus: *Pas toujours: Pas si vite*. Eodem itaque modo, quamvis diversis in contextibus, graecae etiam negationis μὴ οὐ pars utraque per se nunc negat; et usu quidem hae factae sunt vulgatissimae negandi formae, ita tamen ut locum aliquem semper etiam relinquerent pleniori illi μὴ οὐ. Qua ratione simplicissime explicatur etiam origo formae μηκέτι. Nam cum *ΜΗΞΤΙ* et, quod inde per contractionem non potuisset non nasci, *ΜΗΤΙ*, multis utrumque incommodis premeretur, praelatum est illud ex antiquiori forma μηουκέτι contractum μηκέτι. Atque ut modicae fidei quibusdam, praeter germanicum illud *icht*, in latina quoque lingua vestigium primitivi hujus οὐκ indicem, spero me illis persuasurum, dictionum *nec opinans*, *negotium*, *neglegens* primam partem non esse illud e voce *neque* decurtatum *nec*, sed aliud compositum ex negatione et illo *ec*, quod conspicuum adhuc est in vocibus *ecquis*, *ecquando*. Hae enim non a vocula *ecce*, ut pessime a nonnullis factum est, arcessi debent, sed a vocula eundem fere, quem illud *ali* in vocibus *aliquis*, *aliquando*, sensum praebente. Nunquam enim interrogat forma *ecquis*, sed interrogationi sensu vocis *aliquis*, inseritur. Ceterum cum in ea quam nunc prae oculis habemus graeca lingua οὐκ istud facta sit justa negatio, fieri non potuit quin sensu latini *ne non*, quod plenius esset μὴ μὴ-οὐ (nam μὴ-οὐ est *non*) diceretur itidem μὴ οὐκ: e. g. μὴ οὐκ ἀληθὲς ᾖ τοῦτο „vide *ne* hoc verum

non sit"; atque ita in hac sane loquendi forma duae revera justae negationes vigent in illo *μὴ οὐ*. Quales unius formulae diversissimas e diversis aetatibus derivatas significationes linguae omnes praebent abunde.

EXCURSUS XII.

De particula δέ in apodosi.

Cum in Spaldingi jam hujus orationis editione loci illius §. 27 opportunitatem arripuerim disputandi de formis sermonis iis, in quibus *δέ* particula in apodosi comparet: nunc quoque meum puto ut quam rem ex tenui penu imperfecte admodum olim adumbraverim eam nunc uberius tractem, postquam alii etiam viri docti variis locis eam attigerunt, exemplorumque copiam adauxerunt. E quibus *Werfer*, qui quaestionem hanc ab omni parte aggressus est in Obss. suis ad Herodotum, *Act. Monac.* I. p. 88. sqq. cum praecipua laude mihi nominandus est. Ejusmodi autem tractationem jam non amplius decet intra solius Atticismi fines compellere; sed ad Ionum etiam et Epicorum usum tanquam ad fontem regrediendum est.

I. Sed paucis etiam oportet exponere, quid potissimum sit, cur hic usus tanquam a naturali via deflectens illustrandus videatur. Nimirum in simplici orationem connectendi forma, quoties duae propositiones in aliqua relatione essent, illud pronominibus tantum et adverbiis indicabatur, quae particulis quibusdam copulativis vel continuativis vel etiam adversativis connectebantur. Itaque sententia e. g. versuum Il. *δ*, 220. 221. ita fere enuntiari poterat, voce *τόφρα* bis demonstrativo sensu accepta: *τόφρα μὲν οὗτοι ἀμφεπένοντο Μενέλαον, τόφρα δὲ Τρῶες ἐπῆλθον.* In hujus autem formae locum successit mox alia, qua ipsae illae demonstrativae voces per hunc positum suum, plerumque etiam per aliquam in elementis suis inter se differentiam (*οἵ, τοί: ὄφρα, τόφρα* etc.), relationem quae inter duas illas propositiones essent, exprimebant: et in exemplo quidem proposito ita: *ὄφρα οὗτοι ἀμφεπένοντο Μενέλαον, τόφρα Τρῶες ἐπῆλθον:* in quali junctura carere nunc poterat sermo illis *μέν* et *δέ*. Sed cum nonnisi sensim artificiosam hanc connectendi rationem adoptarint linguae; factum est ut non statim tamen, et nunquam omnino desuescerent illis *μέν* et *δέ*; sed insererent eas hic etiam per pleonasmum, qui nobis hodie anacoluthiae speciem offert. Incipit enim oratio per *ὄφρα*, quae vox *relationem* nunc annuntiat; sequuntur *μέν* et *δέ*, vel *δέ* solum etiam, quae particulae, cum aliqua diversitatis notione, *copulant.* Itaque nunc loco indicato legimus haec:

Ὄφρα τοὶ ἀμφεπένοντο βοὴν ἀγαθὸν Μενέλαον,
Τόφρα δ' ἐπὶ Τρώων στίχες ἤλυθον ἀσπιστάων.

plane ut in aliis juncturae formis, secundum meam quidem rationem, quam aliis aliorum nondum postponere potui, vocula *τέ* quoque in sermone epico pleonastice applicat se vo-

cibus relativis; cum ante introductam hanc relationis propriam formam, haec ipsa copula esset loco formae relativae.

Ceterum quae in forma quidem *ὄφρα* ante oculos poni facile poterant, eadem facile aliquo modo accidisse probabile est in ceteris quoque et prominibus et adverbiis et conjunctionibus relativis. Certe omnes hae formae, et sine particulis *μέν* et *δέ* et cum illis, maxime autem cum solo *δέ*, in poesi potissimum epica frequenter occurrunt; neque, sive adest sive deest particula *δέ*, quicquam in sensu discriminis apparet: ita ut plerumque ob metrum illa nunc admittatur nunc excludatur. Et admissae quidem, quoniam hic usus ut diximus inter anacolutha referri potest, exempla annotari solent: sicut fecit Hermannus in structura cum particulis *ἕως* et *ὄφρα* ad Hymn. Ven. 226. p. 197., in particula *εὖτε* vero ad Hymn. Cer. 409 *). Nos paucis exemplis ex aliis structurae formis defungemur. Il. *ε*, 438.

Ἀλλ᾽ ὅτε δὴ τὸ τέταρτον ἐπέσσυτο δαίμονι ἶσος,
Δεινὰ δ᾽ ὁμοκλήσας προσέφη ἑκάεργος Ἀπόλλων.

Il. *η*, 149.

Αὐτὰρ ἐπεὶ Λυκόοργος ἐνὶ μεγάροισιν ἐγήρα,
Δῶκε δ᾽ Ἐρευθαλίωνι φίλῳ θεράποντι φορῆναι.

Od. *π*, 274.

Εἰ δέ μ᾽ ἀτιμήσουσι δόμον κάτα, σὸν δὲ φίλον κῆρ
Τετλάτω ἐν ςήθεσσι κακῶς πάσχοντος ἐμεῖο.

Hymn. Apoll. 157., ubi praemittitur aeque otiosum *μέν*:

Αἵ τ᾽ ἐπεὶ ἂρ πρῶτον μὲν Ἀπόλλων᾽ ὑμνήσωσιν,
Αὖτις δ᾽ αὖ Λητώ τε καὶ Ἄρτεμιν ἰοχέαιραν.

Il. *ψ*, 84.

Ἀλλ᾽ ὁμοῦ ὡς ἐτράφημεν ἐν ὑμετέροισι δόμοισι,

cui *ὥς*, post longum sane intervallum, respondet

Ὣς δὲ καὶ ὀςέα νῶϊν ὁμὴ σόρος ἀμφικαλύπτοι.

Il. *κ*, 489.

ἀτὰρ πολύμητις Ὀδυσσεὺς,
Ὅντινα Τυδείδης ἄορι πλήξειε παραςὰς,
Τὸν δ᾽ Ὀδυσεὺς μετόπισθε λαβὼν ποδὸς ἐξερύσασκεν.

De quo ultimo exemplo et de omnibus quae sicut illud ambigua sunt eo, quod incertum videri potest, *ὅδε* voluerit poëta an *ὁ δέ*, *ἐνθάδε* an *ἔνθα δέ*, egi ad Soph. Philoct. 87.

Verum prosa quoque Ionum et Atticorum oratio, hunc de quo adhuc egimus usum non abjecit, sed libenter potius admisit ubicunque inter protasin et apodosin ejusmodi intercederet per sensum oppositio, quam intellectu audientium per *δέ*, sive etiam per *μέν* et *δέ*, disertius offerre, operae pretium videretur. Quod primo loco ostendam in exemplo alius juncturae, quae artius cohaeret, quam composita illa ex protasi et apodosi. Plat. Crito. p. 44. b. *χωρὶς μὲν τοῦ ἐςερῆσθαι τοιούτου ἐπιτηδείου ἔτι δὲ καὶ δόξω — ἀμελῆσαι.* Ubi manifestum est et sensum et rationem grammaticam absolvi solis his:

*) Hoc tamen ipso loco e vestigio *ΗΓ . . .*, quod in codice esse dicitur, equidem non *ἦγε δέ* effecerim, sed *ἤγαγε*. Ne quis enim forte credat post *εὖτε* semper in apodosi esse debere *δέ*, locum afferimus Il. *λ*, 735. *Εὖτε γὰρ ἠέλιος φαέθων ὑπερέσχεθε γαίης, Συμφερόμεσθα μάχῃ;* ubi imperfectum aeque necessarium atque illo loco aoristus.

χωρὶς τοῦ ἐστερῆσθαι — ἔτι καὶ δόξω. Sed scriptor duo illa gravissima mala cum pondere utrumque audienti vult inculcare: itaque ex eo quod simpliciori nexu ita proferendum erat, στερήσομαι μὲν τοιούτου ἐπιτηδείου, δόξω δὲ καὶ — ἀμελῆσαι, distributivum illud μέν — δέ — illi etiam infert qui distributionis nullius indiget sermoni.

Aliquanto propius ad illam per protasin et apodosin structuram accedit ea quae fit per *participium*. Quam utraque particula auctam habes apud Thuc. 1, 67. Αἰγινῆται δὲ φανερῶς μὲν οὐ πρεσβευόμενοι (ad Peloponnesios, bellum contra Athenienses molientes) κρύφα δὲ οὐχ ἥκιστα ἐνῆγον τὸν πόλεμον. Solius δέ in eadem exemplum est apud Xenoph. Mem. 3, 7, 8. θαυμάζω σου, εἰ (h. e. ὅτι) ἐκείνους (τοὺς πολιτικοὺς) ῥᾳδίως χειρούμενος (disputando vincens), τούτοις δὲ (τοῖς πολλοῖς) μηδένα τρόπον οἴει δυνήσεσθαι προσενεχθῆναι; ubi Schneider particulam γέ pro δέ ex uno codice antea invectam recte nunc ejecit. Sat gravis enim est oppositio, quam aliis verbis sic enuntiare poterat auctor: θαυμαστὸν δὴ τοῦτο. ἐκείνους μὲν (τοὺς σοφοὺς τὰ τοιαῦτα) ῥᾳδίως χειροῖ· τούτοις δὲ (τοῖς πολλοῖς καὶ ἀμαθέσι) προσενεχθῆναι ὀκνεῖς. Aliud exemplum est apud Platonem de Rep. 3. p. 393. e. ubi Chryses Homericus dicitur optare ἐκείνοις μὲν (τοῖς Ἀχαιοῖς) τοὺς θεοὺς δοῦναι, ἑλόντας τὴν Τροίαν αὐτοὺς δὲ σωθῆναι· τὴν δὲ θυγατέρα οἱ λῦσαι κ. τ. ε. Mirum sane in Attico scriptore exemplum: quod ne unicum esset, in quo servati δέ causa ethica nulla appareret, hanc olim invenisse videbar, quod hominis *Dardani* preces ad deos, ut velint *Achaeis* dare, τὴν μὲν Τροίαν ἑλεῖν, αὐτοὺς δὲ σωθῆναι, memorabiles satis visae sint quae mutata structura servato δέ notarentur. Quam rationem licet, si vera est vulgata lectio, nondum abjiciendam prorsus esse putem: non incommode tamen, fateor accidit, quod in cod. optimo Paris. A δὲ illud desit, a Bekkero ideo nunc omissum. In loco autem Alcib. I. 34. p. 120. b. πρὸς τούτους σε δεῖ βλέποντα σαυτοῦ δὲ ἀμελεῖν haud temere, opinor, in annotatione pro δέ rescribendum suasimus δή. Itaque horum nunc loco exemplum subjicimus particulae δέ illatae post participium *casu absoluto* positum: Isocr. de Permut. 26. ὅτι δέον αὐτοὺς τὴν φρόνησιν ἀσκεῖν μᾶλλον τῶν ἄλλων, οἱ δὲ χεῖρον πεπαίδευνται τῶν ἰδιωτῶν. Structuram muta, et fortem habes oppositionem: δεῖ μὲν μᾶλλον —, οἱ δὲ χεῖρον —.

In vera denique *apodosi*, quae ad justam *protasin* refertur, vocula δέ prae ceteris familiaris est Ionibus. Herod 7, 103. εἰ γὰρ κείνων ἕκαστος δέκα ἀνδρῶν ἀντάξιός ἐστι, σὲ δέ γε δίζημαι εἴκοσι εἶναι ἀντάξιον: quo loco particula δέ oppositionem signat satis apertam. At in aliis Ionum hic usus parum recedit ab illo Epicorum: ut Herod. 5, 40. ἐπεὶ τοίνυν περιεχόμενόν σε ὁρέομεν τῆς ἔχεις γυναικός, σὺ δὲ ταῦτα ποίεε. Vid. et 2, 32. ἐπεὶ ὦν τοὺς νεηνίας κ. τ. ε. quo loco praepostera correctio εἶπον ὡς textum Reizii jam invaserat, reclamante Hermanno, quem vide ad Vig. n. 241. *). Adde locos qua-

*) In breviori tamen hac viri docti nota strictim hic usus tamquam omnibus scriptoribus communis attingitur. Nos de Atticis, apud quos rarissimus est, statim videbimus: Plutarchum et similes qui antiquos auctores indiscriminatim imitati sunt, nunc non curamus.

les sunt 3, 37. ὅς δὲ τούτους μὴ ὀπώπει, ἐγὼ δέ οἱ σημανέω. 4, 99. ὅς δὲ τῆς Ἀττικῆς ταῦτα μὴ παραπέπλωκε, ἐγὼ δὲ ἄλλως δηλώσω: quos Werfer p. 97. inter eos retulit in quibus δέ alterum non est nisi prioris repetitio. Sed hujus generis rationem mox videbimus, quo hi loci vel ideo trahi non possunt, quod ἐγὼ δὲ in his diversa est persona a praecedente ὅς δέ.

Apud Atticos autem haec videtur certa lex esse, ut nonnisi cum sermo extra protaseos et apodoseos formam spectatus, oppositionem contineat per μέν et δέ enuntiandam, tum demum δέ in apodosi, interdum etiam ipsum μέν in protasi, servetur. Solius δέ servati exemplum est in Alcibiade secundo 10. p. 143. d. ἐπειδὴ οὕτω σοι δοκεῖ σφόδρα δεινὸν εἶναι τὸ πρᾶγμα ὥςʼ οὐδὲ ῥητέον εἶναι οὕτως εἰκῆ· δοκεῖς δʼ ἂν τὸν Ὀρέστην — τολμῆσαι ἄν τι τούτων διαπράξασθαι; *) Tolle hic formam protaseos et apodoseos, et remanebunt haec: Σοὶ μὲν οὐδὲ ῥητέον εἶναι τὸ πρᾶγμα δοκεῖ· τὸν δὲ Ὀρέςην δοκεῖς τολμῆσαι ἂν διαπράξασθαι. Gravis profecto oppositio, quam mutata quoque orationis forma retineri et per δέ saltem exprimi mirum non videtur. Aliud habes ap. Xenoph. Anab. 5, 5, 22. Ἃ δὲ ἠπείλησας, ὡς Κορύλαν καὶ Παφλαγόνας συμμάχους ποιήσεσθε ἐφʼ ἡμᾶς· ἡμεῖς δὲ — πολεμήσομεν καὶ ἀμφοτέροις. Sensus in forma resoluta est hic: „Tu quidem magna scilicet nobis minaris, Corylam et Paphlagonas vobiscum adversum nos pugnaturos: at nos vel utrisque bellum faciemus". Exemplum particulae μέν quoque in protasi servatae dabit Plato Leg. 10. p. 898. c. ἐπειδὴ ψυχὴ μέν ἐςιν ἡ περιάγουσα ἡμῖν πάντα, τὴν δὲ οὐρανοῦ περιφορὰν ἐξ ἀνάγκης περιάγειν φατέον ἤτοι τὴν ἀρίςην ψυχὴν ἢ τὴν ἐναντίαν. Hic, ob logicam rationem, ψυχὴ in universum dicta, et πάντα indiscriminatim, velut e regione posita sunt τῇ ἀρίςῃ ψυχῇ et τῷ οὐρανῷ, ideoque et μέν et δέ servatum est. Quod autem μέν additum est voci ψυχή, neque tamen, quod alias fieri solet, vocula δέ ipsis his verbis τῇ ἀρίςῃ ψυχῇ, quae respondent illi, adhaeret, ejus rei causa in anacoluthia quaerenda est, ad quam ut diximus totum hoc genus referri debet. Quod ne longi simus, verbo tantum monemus; et indidem illud etiam defendimus, quod modo in nostra loci ex Alcibiade II. sumpti explicatione voculam δέ non eidem voci adjunximus cui in ipsis scriptoris verbis adhaeret. Quin etiam accidit resolventi plerosque huc pertinentes locos, in quibus apodosis incipit a verbis οἱ δέ, σὺ δέ, cum oppositione non ad personas, sed ad totam quae praecedit propositionem relata, ut ex superioribus in illis Isocr. de Permut. 26. Herod. 5, 40.

Quod autem Schaefer in Melet. p. 59. et 135. s. de pleonastico δέ post *demonstrativa* memorat, ejus rei exempla (praeter ea quae ad δέ repetitum spectant, de quo mox agemus) omnia ad hanc in apodosi servatam oppositionis formam referenda sunt, demonstrativo pendente a relativo in protasi: qualia sunt illa quae inter epica supra attulimus ex Il. ψ, 84. (ὡς —, ὣς δὲ —), κ, 489. (ὅντινα —, τὸν δέ —). Neque du-

*) Exhibui locum ex vulgata interpunctione: nam ex ea quam Bekker instituit, alienus sane is foret ab hac nostra disputatione. Sed vid. ibi not. nostr.

bium, Atticos quoque ita locutos esse, quoties vis orationis eo duceret: citra talem causam non facile. Quanquam tragicos semper epicus etiam sermo decebat, ut in illo Sophoclis loco a Schaefero allato Electr. 25.

Ὥσπερ γὰρ ἵππος εὐγενὴς, κἂν ᾖ γέρων,
Ἐν τοῖσι δεινοῖς θυμὸν οὐκ ἀπώλεσεν,
Ἀλλ' ὀρθὸν οὖς ἵστησιν· ὡσαύτως δὲ σὺ
Ἡμᾶς τ' ὀτρύνεις κἀυτὸς ἐν πρώτοις ἕπει.

Quanquam in his versibus ne opus quidem est *ὡσαύτως* referre ad superius *ὥσπερ:* nam *ὡσαύτως δὲ* absolute plerumque subjicitur; quod hic fit per anacoluthiam non inelegantem, quasi praecessisset *καὶ γὰρ ἵππος μὲν* —. In loco autem Xenophontis Cyrop. 8, 5, 12. (6.) *Ἐκάθευδον δὲ αὐτῷ ἐν τάξει, ὥσπερ οἱ ὁπλῖται, οὕτω δὲ καὶ οἱ πελτασαὶ καὶ οἱ τοξόται* (si tamen recte hic particulam quam codd. aliquot omittunt tuemur) novitas fortasse rei in peltastis et sagittariis promitur anacolutho isto *δέ*. De *Luciani* autem imitatione, Macrob. 2. Disp. c. Hesiod. 3, quibus locis *οὗτοι δὲ* —, vel *οὕτω δὲ* — Herodoteo plane more admissum est, idem valet quod de Plutarcho monuimus supra in nota ad p. 150.

II. Est autem forma etiam quaedam sermonis, in qua particula *δέ* apodosin occupat non per oppositionem ad protasin, sed ita ut mera sit *repetitio* alius *δέ* quod est in protasi. Nimirum ut aliae quoque particulae in simplici etiam propositione, maxime *ἄν* et *γέ*, ita *δέ* quoque illud raro perspicuitatis vel ponderis gratia iteratur. Rem minime dubiam vel obscuram attigerunt Wyttenb. in Ecl. Hist. p. 409. Heind. ad Plat. Phaedo. 69. qui optionem nobis exemplorum faciunt. Plato in Phaedone 80. d. *Ἡ δὲ ψυχὴ ἄρα, τὸ ἀειδὲς, τὸ* (sequuntur quattuor versuum spatio quae oppositionem ad vocem *ψυχὴ* continuant) —, *αὕτη δὲ ἡμῖν — εὐθὺς διαπεφύσηται.* Nulla hic est protasis, nulla apodosis, sed simplex propositio *ἡ δὲ ψυχὴ — διαπεφύσηται* oppositionem faciens ad ea quae ibi praecedunt: ob longiorem autem, qui post mentionem *τῆς ψυχῆς* intercedit, sermonem, oppositio illa redintegratur novo *δέ*, cui velut fulcrum praemittitur demonstrativum *αὕτη*. Quin in brevissimo interdum sermone, ad pondus rei augendum, haec forma orationis admittitur, ut ap. Xenoph. Hell. 2, 4, 13. ubi Thrasybulus post memoratos in dextro cornu hostes, transiens ad infensissimos illos triginta, ita loquitur: *οἱ δ' ἐπὶ τοῦ εὐωνύμου ἔσχατοι, οὗτοι δὲ οἱ τριάκοντα, οἳ ἡμᾶς καὶ πόλεως ἀπεςέρουν κ. τ. ε.* Jam ponamus exemplum quod in priori membro habet *participium.* Plat. Phaedr. p. 277. e. *Ὁ δέ γε ἐν μὲν τῷ γεγραμμένῳ λόγῳ περὶ ἑκάςου παιδιάν τε ἡγούμενος ἀναγκαῖον εἶναι καὶ* (continuatur sermo per decem versus) —, *οὗτος δὲ ὁ τοιοῦτος ἀνὴρ κινδυνεύει κ. τ. ε.* Cui, ut appareat, Iones hac etiam orationis forma in brevi sermone et sine pondere uti, succedat illud Herod. 1, 146. *οἱ δὲ αὐτέων ἀπὸ τοῦ πρυτανηΐου τοῦ Ἀθηναίων ὁρμηθέντες καὶ νομίζοντες γενναιότατοι εἶναι Ἰώνων, οὗτοι δὲ οὐ γυναῖκας ἠγάγοντο.* E tali autem participio facillimus transitus ad justam *protasin:* Herod. 4, 204. *τοὺς δὲ* (h. e. *οὓς δὲ*) *ἠνδραποδίσαντο τῶν Βαρκαίων, τούτους δὲ ἐκ τῆς Αἰγύπτου ἀνασπάστους ἐποίησαν:* 6, 58. *ὃς δ' ἂν ἐν πολέμῳ τῶν βασιλήων ἀποθάνῃ, τούτῳ δὲ εἴδωλον σκευάσαντες κ. τ. ε.* Sed haec sunt

Ionica. Atticum usum, qualem in superioribus exemplis vidimus hic quoque nosce ex Alcib. II. extr. Ὥσπερ δὲ καὶ ὁ Κρέων Εὐριπίδῃ πεποίηται (sequitur longior sermo cum ipsis Euripidis versibus) —. οὕτω δὲ κἀγὼ — οἰωνὸν τίθεμαι. Esse autem in his omnibus meram voculae δέ repetitionem, de eo omnem dubitationem tollet repetitum etiam μέν in illis dictionibus de quibus nunc agemus.

III. Nimirum hucusque de simplici tantum illa loquendi forma verba fecimus, qua protasi uni una respondet apodosis. Frequenter autem duae etiam pluresve ejusmodi compositae omnes propositiones ita conjungantur ut priori posterior vel primae ceterae grammatice opponantur, id quod in communi quidem sermone fit ita ut in solis protasibus particulae μέν et δέ sibi respondeant: ut cum dicas, ἃ μὲν ἔςιν οὐδὲν ἀναλώσαντα λαβεῖν, τούτοις χρῶμαι, ἃ δὲ δεῖ δαπανώμενον κτήσασθαι, τούτων ἀπέχω. Haud raro autem in hac forma apud veteres in priori membro *duplex* μέν in altero *duplex* δέ reperitur, ut si in exemplo proposito ponamus ἃ μὲν — τούτοις μὲν —, ἃ δὲ — τούτων δὲ —. In qua forma cum posterius μέν manifesto nihil aliud sit quam prioris iteratio, idem valet etiam de duplici δέ: haec autem propositio, ἃ δὲ δεῖ δαπανώμενον κτήσασθαι, τούτων δὲ ἀπέχω, cum nihil omnino differat, ab illis de quibus superiore capite egimus exemplis; consentaneum est utique, particulam δέ demonstrativo additam illic etiam ex iteratione natam esse. Ubicunque enim duplex hujusmodi δέ legimus, ibi menti duplex aliqua etiam relatio offertur, quae duplici quoque μέν signata praecedere poterat; uti statim uberius declarabimus.

Quoties autem apud Atticos per duplex ejusmodi μέν duplexque δέ incedit oratio, facile quivis sentiat graviorem fieri sermonem: idque olim eo me adduxerat ut putarem, non admitti eam formam nisi ubi, praeter illam quae inter binas protases binasque apodoses intercedit oppositio, aliqua etiam in toto sermone sit rhetorica sive moralis *antithesis*, quae citra hanc sermonis emphasin particula ὅμως esset signanda. E. g. Plat. Meno. 34. p. 94. c. Οὗτος οὐκ ἄν ποτε, οἳ μὲν — h. e. εἰς ἃ μὲν *) — ἔδει δαπανώμενον διδάσκειν, ταῦτα μὲν ἐδίδαξε τοὺς παῖδας τοὺς αὑτοῦ, οἳ δὲ οὐδὲν ἔδει ἀναλώσαντα ἀγαθοὺς ἄνδρας ποιῆσαι, ταῦτα δὲ οὐκ ἐδίδαξεν. Isocr. de Pace 17. οἷς μὲν γὰρ περὶ τῶν μεγίςων συμβούλοις χρώμεθα, τούτους μὲν οὐκ ἀξιοῦμεν στρατηγοὺς χειροτονεῖν· οἷς δ' οὐδεὶς ἂν οὔτε περὶ τῶν ἰδίων οὔτε περὶ τῶν κοινῶν συμβουλεύσαιτο, τούτους δ' αὐτοκράτορας ἐκπέμπομεν. Adde Plat. Alc. I. 11. c. p. 108. e. αἰσχρόν γε, εἰ μέν τις —, περὶ μὲν τούτων — περὶ δὲ οὗ —, τούτου δὲ πέρι —. Gorg. 512. a. Λογίζεται οὖν, ὅτι οὐκ usque ad βιωτέον ἐςί. Apol. p. 28. e. Ἐγὼ οὖν δεινὰ ἂν usque ad λείποιμι τὴν τάξιν. Neque infitias iri potest, insolentiam vel absurditatem rerum expositarum hac particularum geminatione efficacius ante oculos poni. Eam tamen hujus formae Atticis usurpandae solam condicionem fuisse, recte negat Werfer. Quippe gravitas etiam rei undecunque non tantum ex tali

*) Posui facilioris explicationis causa pro vulg. οὗ — οὗ — scripturam οἵ, cujus ibi commendatae me nondum paenitet.

antithesi nata idem efficere poterat: ut effecit in exemplis his: Isocr. Areop. 18. *παρ᾽ οἷς μὲν γὰρ μήτε φυλακὴ μήτε ζημία τῶν τοιούτων καθέστηκε, μήθ᾽ αἱ κρίσεις ἀκριβεῖς εἰσι, παρὰ τούτοις μὲν διαφθείρεσθαι καὶ τὰς ἐπιεικεῖς τῶν φύσεων· ὅπου δὲ μήτε λαθεῖν τοῖς ἀδικοῦσι ῥάδιόν ἐστι, μήτε φανεροῖς γενομένοις συγγνώμης τυχεῖν, ἐνταῦθα δ᾽ ἐξιτήλους γίγνεσθαι τὰς κακοηθείας.* Xen. Oec. 4, 8. *καὶ οὓς μὲν ἂν αἰσθάνηται τῶν ἀρχόντων συνοικουμένην τε τὴν χώραν παρεχομένους καὶ ἔνεργον οὖσαν τὴν γῆν καὶ πλήρη δένδρων τε ὧν ἑκάστη φέρει καὶ καρπῶν, τούτοις μὲν χώραν τὴν ἄλλην προστίθησι καὶ δώροις κοσμεῖ κ. τ. ε. —· οἷς δ᾽ ἂν ὁρᾷ ἀργόν τε τὴν χώραν οὖσαν καὶ ὀλιγάνθρωπον ἢ διὰ χαλεπότητα ἢ δι᾽ ὕβριν ἢ δι᾽ ἀμέλειαν, τούτους δὲ κολάζων κ. τ. ε.* Adde Xen. Hier. 9, 2. quod exemplum eo solo differt, quod loco justae protaseos bis positus est *infinitivus cum articulo;* quae tamen vera non est diversitas: *Τὸ μὲν γὰρ διδάσκειν τε ἃ ἐστι βέλτιστα, καὶ τὸν κάλλιστα ταῦτα ἐξεργαζόμενον ἐπαινεῖν καὶ τιμᾶν, αὕτη μὲν ἡ ἐπιμέλεια διὰ χαρίτων γίγνεται· τὸ δὲ τὸν ἐνδεῶς τι ποιοῦντα λοιδορεῖν τε καὶ ἀναγκάζειν καὶ ζημιοῦν καὶ κολάζειν, ταῦτα δὲ ἀνάγκη δι᾽ ἀπεχθείας μᾶλλον γίγνεσθαι.* — Apud Herodotum hanc quoque periodi formam citra omnem sive in oppositione sive in gravitate causam, neque multis ubique verbis intercedentibus, invenimus. Exemplum ex iis quae Werferi diligentia collegit ponimus hoc 2, 42. *Ὅσοι μὲν δὴ Διὸς Θηβαιέος ἵδρυνται ἱρὸν, ἢ νομοῦ τοῦ Θηβαίου εἰσὶ, οὗτοι μὲν νυν πάντες ὀΐων ἀπεχόμενοι αἶγας θύουσι. ὅσοι δὲ τοῦ Μένδητος ἔκτηνται ἱρὸν ἢ νομοῦ τοῦ Μενδησίου εἰσὶ, οὗτοι δὲ αἰγῶν ἀπεχόμενοι ὄϊς θύουσι.* Add. cap. 102. *Ὁτέοισι μέν νυν κ. τ. ε.* et e cap. 26. locum infra sect. IV. ponendum.

Frequenter autem accidit ut in priori hujus formae membro posterius *μέν* non compareat, vi omni oppositionis in posterius *δέ* ruente. Atque hujus etiam exempla posuit Werfer, quorum quod, ab attico scriptore sumptum, maxime est perspicuum ego seligo hoc: Isocr. Paneg. 47. *ἃ μὲν γὰρ αὐτονόμους ἀφίησι τάς τε νήσους καὶ τὰς πόλεις τὰς ἐπὶ τῆς Εὐρώπης, πάλαι λέλυται καὶ μάτην ἐν ταῖς στήλαις ἐστί· ἃ δὲ αἰσχύνην φέρει ἡμῖν καὶ πολλοὺς τῶν συμμάχων ἐκδέδωκε, ταῦτα δὲ κατὰ χώραν μένει.* Quae sententia si apud Herodotum occurreret, fieri non posset, opinor, quin in priori membro ante *πάλαι* insertum legeremus *ταῦτα μέν.* Accedat Plat. Charmid. p. 173. c. d. *κατεσκευασμένον δὴ οὕτω τὸ ἀνθρώπινον γένος ὅτι μὲν ἐπιστημόνως ἂν πράττοι καὶ ζῴη, ἕπομαι. ὅτι δ᾽ ἐπιστημόνως ἂν πράττοντες εὖ ἂν πράττοιμεν καὶ εὐδαιμονοῖμεν, τοῦτο δὲ οὔπω δυνάμεθα μαθεῖν.* Memorabilis etiam est locus Phaedo. p. 113. d. e. ubi prius membrum, cum unico *μέν*, excipiunt duo alia cum binis utrumque *δέ*: *Καὶ οἳ μὲν ἂν δόξωσι μέσως βεβιωκέναι, πορευθέντες — ἀφικνοῦνται εἰς τὴν λίμνην κ. τ. ε. —· οἳ δ᾽ ἂν δόξωσιν ἀνιάτως ἔχειν διὰ τὰ μεγέθη τῶν ἁμαρτημάτων ἢ ἱεροσυλίας — —, τούτους δὲ ἡ προσήκουσα μοῖρα ῥίπτει εἰς Τάρταρον, ὅθεν οὔποτε ἐκβαίνουσιν· οἳ δ᾽ ἂν ἰάσιμα μὲν, μεγάλα δὲ δόξωσιν ἡμαρτηκέναι ἁμαρτήματα, οἷον — —, τούτους δὲ ἐμπεσεῖν μὲν κ. τ. ε.*

Est etiam ubi *μέν* bis poni non possit, quia prior propositio in protasin et apodosin diserte non est distincta; ut ap. Isocr. c. Callim. 23. *τὰς μὲν ἄλλας πάσας παραλείψω λειτουργίας· ἧς δ᾽ οὐ μόνον ἄν μοι δικαίως ἔχοιτε χάριν, ἀλλὰ καὶ τεκμηρίῳ χρήσαισθε περὶ τοῦ παντὸς πράγματος, ταύτης δὲ μνη-*

σθήσομαι πρὸς ὑμᾶς. Busir. 1. περὶ μὲν τῶν ἄλλων — τόθ' ἡμῖν ἐξέςαι διὰ πλειόνων ποιήσασθαι τὴν συνουσίαν· ἃ δ' ἐν τῷ παρόντι δυναίμην ἂν εὐεργετῆσαί σε, ταῦτα δ' ᾠήθην δεῖν σοι ἐπιςεῖλαι. Quibus jam ex nostra Demosthenis oratione accedat hoc §. 27. Τίς οὖν ὑβρίζων παύσεται —, εἰ τοῦτον μὲν ὥσπερ δεινὰ πάσχοντα ἐλεήσετε· εἰ δέ τις πένης ὤν, μηδὲν ἠδικηκὼς, ταῖς ἐσχάταις συμφοραῖς ἀδίκως ὑπὸ τούτου περιπέπτωκε, τούτῳ δὲ μὴ συνοργισθήσεσθε: ubi priori εἰ, quod ab illo παύσεται pendet, remoto, prius membrum est τοῦτον μὲν — ἐλεήσετε, eique respondet εἰ δέ τις —, τούτῳ δὲ —. Interdum habet quidem prior pars et protasin et apodosin sed inverso ordine; qua ratione μέν item semel tantum poni potest, ut Plat. Protag. p. 325. b. τὰ μὲν ἄλλα ἄρα τοὺς υἱεῖς διδάσκονται, ἐφ' οἷς οὐκ ἔςι θάνατος ἡ ζημία ἐὰν μὴ ἐπίςωνται· ἐφ' ᾧ δὲ ἥ τε ζημία θάνατος αὐτῶν τοῖς παισὶ καὶ φυγαὶ μὴ μαθοῦσι — — καὶ — — καὶ — τῶν οἴκων ἀνατροπαὶ, ταῦτα δ' ἄρα οὐ διδάσκονται κ. τ. ε. Cf. Isocr. Paneg. 27. καὶ τοὺς μὲν θορύβους κ. τ. ε. Quin, cum in vera etiam oppositione, ob causas facile ubique cognoscendas, particula μέν interdum non expressa sit, fieri potest ut nullo praecedente μέν, duo tamen sequantur δέ. Cujus rei exempla posuit recteque dijudicavit Werfer haec: Herod. 4, 66. τοῖσι δ' ἂν μὴ usque ad πίνουσι ὁμοῦ. Theocr. 1, 9—11. item Herod. 2, 111. ἐς ταύτην συναλίσαντα usque ad αὐτὸς γυναῖκα. 8, 115. ὅκου δὲ πορευόμενοι usque ad καταδρέποντες κατήσθιον. Atque ita, sicubi mente tantum in praecedentibus constituenda est oppositio, redit haec forma ad simplicem propositionem duplici δέ insignitam, de qua supra sect. II.

Nec minus vera observavit idem Werfer de duplice μέν, ad quod unico tamen δέ respicitur; quae res causam quidem suam semper habet, sed in euphonia interdum sitam illam, certe anxie in re tenui non circumspiciendam. Herod. 3, 108. ὅσα μὲν ψυχήν τε δειλὰ καὶ ἐδώδιμα, ταῦτα μὲν πάντα πολύγονα πεποίηκεν· ὅσα δὲ σχέτλια καὶ ἄμικτα, ὀλιγόγονα. Xenoph. Oec. 4, 7. οἳ μὲν ἂν φαίνωνται τῶν φρουράρχων τὸν ἀριθμὸν τὸν τεταγμένον ἔκπλεων ἔχοντες, τούτους μὲν τοὺς ἄρχοντας — καταπλουτίζει· οὓς δ' ἂν εὕρῃ τῶν ἀρχόντων ἢ καταμελοῦντας τῶν φρουράρχων ἢ κατακερδαίνοντας, τούτους χαλεπῶς κολάζει. Exemplum in quo secundi membri apodosis in interrogationem mutata alterum δέ post duplex μέν excludit, praebet Nostra oratio §. 33. a. b. Εἰ μὲν οὖν εἰργάσθαι τι τούτων, ἐφ' οἷς ἀπώλωλεν, ἡγούμενος Ἀρίςαρχον, καὶ πεπιςευκὼς τοῖς τῶν αἰτιασαμένων λόγοις ταῦτ' ἔλεγε· χρῆν μὲν οὐδ' οὕτω· μετρία γὰρ κ. τ. ε. —· εἰ δὲ ἀλῶν μὲν κοινωνήσας — φανήσεται —· πῶς οὐ δεκάκις — ἐς' ἀπολωλέναι δίκαιος;

Ex multis autem allatorum exemplorum, imprimis ubi lineolis indicavi, me complura verba, ut eo facilius cetera mente comprehendantur, omisisse, illud, opinor, sponte jam legentibus se obtulit, repetitum δέ tum maxime locum habere cum prius illud quod in ejusdem propositionis protasi est longiori verborum serie ab apodosi distinetur; quod ut ab aliis ita a Boeckhio observatum est in libello de Platonis Minoë etc. ubi ex exemplis allatis huc maxime facit illud e Plat. Phaedro. Ibi enim post prius membrum quod cum unico μέν legitur p. 277. d. alterum (p. 277. e.) incipit his verbis· Ὁ δέ γε ἐν μὲν τῷ —, isque sermo decimo sexto demum versu resumitur ita οὗτος δὲ ὁ τοιοῦτος ἀνὴρ —. Quod tamen

tamen non ita dictum volo, tanquam nullum ejus repetitionis in brevi sententia apud Atticos exemplum sit: nam praeter nonnulla in superioribus hoc certe in brevissimis est: Plat. Lach. p. 194. d. *Πολλάκις ἀκήκοά σου λέγοντος ὅτι ταῦτα ἀγαθὸς ἕκαςος ἡμῶν ἅπερ σοφός· ἃ δὲ ἀμαθὴς, ταῦτα δὲ κακός*, ubi *μέν* in priori membro nullum comparet, quia oppositio tum nondum inerat menti loquentis, in posteriori autem *δέ* duplex ponitur ob severam quae his accedit oppositionem. Contra in hoc, Protag. p. 320. extr. *ἃ μὲν γὰρ αὐτῶν σμικρότητι ἤμπισχε. πτηνὸν φυγὴν ἢ κατάγειον οἴκησιν ἔνεμεν· ἃ δὲ ηὖξε μεγέθει, τῷ δὲ αὐτῷ αὐτὰ ἔσωζε.* bonum factum quod Bekker nunc reposuit *τῷδε*: nam nulla fere inter apodoses est oppositio, et longe aptius est in hoc sensu *τῷδε αὐτῷ*, *hoc ipso*, iterativum autem illud *δέ* pronomen *ταῦτα* potius sibi postulasset, pro quo nunc est propositum *αὐτά*.

Reliquus est in hoc genere unus adhuc, de quo accuratius dispiciendum mihi est, locus in Demosthenis Leptinea p. 481, 3. (§. 65.) ubi ita de Chabria orator: *καὶ γὰρ ἂν ἄλογον εἴη, μίαν μὲν πόλιν εἰ ἀπώλεσεν, ἢ ναῦς δέκα μόνας —, τὸν ἅπαντα ἂν ἀπολώλει χρόνον· ἐπειδὴ δὲ τοὐναντίον ἑπτακαίδεκα μὲν πόλεις εἷλεν ἑβδομήκοντα δὲ ναῦς ἔλαβε —, τηνικαῦτα δὲ οὐκ ἔςαι κύρια αὐτῷ τὰ δοθέντα ἐπὶ τούτοις.* Hic cum F A. Wolfius olim e duobus codd. edidisset *τηνικαῦτα δή*, egoque id factum in commentatione priori probassem, Boeckhius (ad Plat. Min. p. 184.) scripturam *δέ* tuitus est; sed ita ut neglecto primo sermonis membro, verba oratoris ab his *ἐπειδὴ δέ* demum ibi transcriberet, atque sic locum referret inter exempla illa unius tantum propositionis, de quibus supra (II.) verba feci, et in quibus posterius *δέ* mera est repetitio prioris in protasi. At in bimembri hac, de qua nunc agimus periodo, illud per omnia exempla et Werfero et mihi se manifestabat, repetitum hoc *δέ* in apodosi altera locum non habere nisi in priori membro habeat cui seorsim opponatur, sive *μέν* in priori apodosi diserte positum, sive mente conceptum sit. Talis autem oppositio in loco allato nulla esse videbatur, utraque apodosi poenam et damnum proponente. Ratione itaque carere videbatur illud *δέ*, sermoque extensior factus commodius instaurari vocula *δή*. Veruntamen loco diligentius nunc inspecto, illud de poena damnoque utrobique illatis video non satis accurate a me pronuntiatum fuisse. Etenim sic tantum par ratio esset, si victori alicui praemia *jam ante parta* post novas victorias adimerentur. At hic *τὰ δοθέντα ἐπὶ τούτοις rata non habentur*; quod perinde est ac si quando nulla omnino decernuntur. Atqui recte dictum esset ad sensum, quanquam non fortasse ad aures, *Ἄλογον ἂν εἴη τοὺς μὲν βλάπτοντας, τούτους μὲν κολάζειν, τοὺς δ' εὐεργετοῦντας, τούτους δὲ μὴ τιμᾷν*: nam hoc idem plane sonat ac si dicas *τὸ μὲν κακίᾳ ὀφειλόμενον, τοῦτο μὲν τελεῖν, τὸ δὲ τῇ ἀρετῇ ὀφειλόμενον, τοῦτο δὲ μὴ τελεῖν.* Recte itaque illic etiam haec forma adhibita, ubi debita dona rata non habentur. Et ne nunc iterum nimis confidere videar ratiocinationibus, locum afferam plane geminum hunc e Xenophontis Cyropaedia 6, 2, 14. (7. init.) *θαυμαςὸν, εἴ τις ὑμῶν, ὅτι μὲν οἱ πολέμιοι λέγονται συλλέγεσθαι, δέδοικεν· ὅτι δὲ ἡμεῖς πολὺ μὲν πλείους συνειλέγμεθα νῦν, ἢ ὅτε ἐνικῶμεν ἐκείνους —, ταῦτα δὲ*

ὁρῶντες οὐ θαῤῥεῖτε. Quare in Demostheneo etiam loco lectioni δέ nunc non amplius refragor.

IV. Exstat autem bimembris hujus periodi alia praeterea, quoad has particulas, forma, quam tractavit Werfer pag. 95. In ea, si quidem omnia sunt plena, prius membrum per μὲν et δέ effertur, posterius per duo δέ: e. g. Herod. 4, 126. εἰ μὲν γὰρ ἀξιόχρεως δοκέεις εἶναι σεωυτῷ, σὺ δὲ στάς τε καὶ παυσάμενος πλάνης μάχεσθαι· εἰ δὲ συγγινώσκεαι εἶναι ἥσσων, σὺ δὲ — ἐλθὲ ἐς λόγους. Hic in priori apodosi δέ nihil aliud habet quo referatur nisi protasin. Quare recte Werfer hic eandem inter protasin et apodosin ipsas relationem agnoscit quam in unica quoque ita comparata propositione vidimus supra (I.); ubi simul observavimus Iones ea uti etiam cum vera inter protasin et apodosin oppositio nulla est, sed juxta positio tantum, qualis sufficit juncturae per solum δέ. Quod hic quoque in loci allati membro priore ita se habere, sententia docet. Inter particulam μέν igitur et primum δέ nulla hic est relatio; sed μέν spectat ad veram oppositionem quae est inter utrumque totius sermonis membrum, referturque ad secundum δέ quod est in altera protasi: εἰ μὲν ἀξιόχρεως —· εἰ δὲ ἥσσων —. Ita sublata hac oppositione et utralibet propositione per se spectata, remanent duae hae ad normam illam ionicam comparatae singulae

Εἰ δοκέεις ἀξιόχρεως εἶναι, σὺ δὲ μάχεσθαι
Εἰ συγγινώσκεαι ἥσσων εἶναι, σὺ δὲ ἐλθὲ ἐς λόγους.

Quae utriusque propositionis forma cum, sicut vidimus, perquam familiaris sit et epicis et prosa utentibus Ionibus; nil mirum illam etiam duarum ejusmodi propositionum oppositionem unico μέν et δέ absolutam frequenter in ea dialecto occurrere. Et interdum quidem illa in nostris editionibus oblitterata est eadem, quam supra (I.) in simplici propositione tetigimus, confusione dictionum ὅδε et ὁ δέ, ut ap. Herod. 2, 39. ubi Werfer verum restituit: οἱ δὲ φέροντες ἐς τὴν ἀγορήν: et 1, 13, 6. ubi idem mendum nondum observatum est: sic enim ibi scribendum: συνέβησαν ἐς τωὐτὸ —, ἢν μὲν δὴ τὸ χρηστήριον ἀνέλῃ μιν (Gygem) βασιλέα εἶναι Λυδῶν, τὸν δὲ βασιλεύειν· ἢν δὲ μή, ἀποδοῦναι τὴν ἀρχήν. Nam unico δέ posterius membrum hic absolvitur, quoniam in simplici quoque propositione apodosis illo δέ carere poterat. Quare particulae hujus in altera apodosi vel positae vel neglectae ratio, quae minutissima ubique et in loquentis sensu sita est, anxie non est inquirenda. Sic etiam loco triplicis illius δέ duplex tantum comparet in his exemplis: 5, 73. Εἰ μὲν διδοῦσι βασιλέϊ Δαρείῳ Ἀθηναῖοι γῆν τε καὶ ὕδωρ, ὁ δὲ συμμαχίην σφι συνετίθετο· εἰ δὲ μὴ διδοῦσι, ἀπαλλάσσεσθαι αὐτοὺς ἐκέλευε: ubi repeti poterat ὁ δέ. 6, 52, 27. ἢν μὲν κατὰ ταὐτὰ φαίνηται αἰεὶ ποιεῦσα, τοὺς δὲ πᾶν ἕξειν ὅσον τε καὶ δίζηνται· ἢν δὲ πλανᾶται καὶ ἐκείνη ἐναλλὰξ ποιεῦσα, δῆλά σφι ἔσεσθαι ὡς οὐδὲ ἐκείνη πλέον οὐδὲν οἶδε: ubi ultimum δέ neglectum videtur, quoniam in posteriori membro apodosis protasi quoad sensum non perinde respondet atque in priori.

Hujus itaque formae, cujus character est δέ in priori apodosi, ex Attica lingua unicum hucusque prolatum est exemplum, idque ejusmodi ut quae de Atticorum in omnibus his formis usu adhuc dicta sunt, mirifice eo confirmentur. Est illud e Xenoph. Anab. 5, 7, 6. (4.); unde verba ita statim,

ut e Schaeferi certissima emendatione *) scribenda sunt, huc transferam: Ἔςιν οὖν ὅςις τοῦτο δύναιτ' ἂν ὑμᾶς ἐξαπατῆσαι, ὡς ὁ ἥλιος ἔνθεν μὲν ἀνίσχει, δύεται δ' ἐνταῦθα· ἔνθα δὲ δύεται, ἀνίσχει δ' ἐντεῦθεν; Eandem habes quam in Herodoteis modo prolatis formam, nisi quod statim strenua hic omnium partium apparet oppositio: quae in illis inter integra tantum bina membra viget. Tamen magna est differentia inter hunc sermonem et illum itidem Atticum qui bina μέν in priori, bina δέ in posteriori membro exhibet. Quippe in illis is qui loquitur illas tantum oppositiones vult manifestare, quae sunt inter ipsas protases, quaeque inter apodoses: hic vero adsunt quidem eaedem oppositiones, sed sunt adeo nullius momenti, ut, salva materia, utrumlibet horum membrorum omitti etiam possit. Salva materia, inquam: nam ad efficaciam rhetoricam valere hanc duplicationem Schneider ipse (qui posterius membrum extrusum adeo volebat) admonitus non negavisset. Quid igitur est, in quo vis sententiae sita est? Contradictio est illa, quae in utroque membro inter protasin et apodosin locum habet; stoliditas est eorum, qui putent graecis hominibus ita imponi posse ut, ubi *occidat* sol, ibi *oriri* eum credant. Itaque vocula δέ in utraque apodosi nihil est nisi concinnum formulae πᾶν τοὐναντίον compendium. Diverse igitur est ratio loci Herodotei apte alioquin a Schaefero collati, 2, 26. Εἰ δὲ ἡ ςάσις ἤλλακτο τῶν ὡρέων, καὶ τοῦ οὐρανοῦ τῇ μὲν νῦν ὁ βορέης τε καὶ ὁ χειμὼν ἑςᾶσι, ταύτῃ μὲν τοῦ νότου ἦν ἡ ςάσις καὶ τῆς μεσαμβρίης, τῇ δὲ ὁ νότος νῦν ἕςηκε, ταύτῃ δὲ ὁ βορέης —. Hic enim nulla opprobratur absurditas, sed ponitur aliquid quod tametsi naturae rerum adversatur, *poni* tamen recte potest; plagarum autem alternatio ab utraque parte plene proponenda atque suis μέν et δέ signanda erat; istaeque particulae, in ionico potissimum sermone. in apodosibus repeti potuerant. In Xenophonteo autem loco, ubi res et rei absurditas una propositione, ut diximus, jam absolvitur, in una etiam utraque digitus in contradictorium illud intendendus erat. Itaque exemplum hoc revera ad primam partem nostrae tractationis pertinet, cum nihil sit nisi conjugatio duarum propositionum, quae, si seorsim alterutra prolata esset, et μέν suum et δέ utraque exhiberent; altera haec

ὡς ὁ ἥλιος ἔνθεν μὲν ἀνίσχει, δύεται δ' ἐνταῦθα

altera

ὡς ὁ ἥλιος ἔνθα μὲν δύεται, ἀνίσχει δ' ἐντεῦθεν.

Jam vero conjugatio illa fieri non potest nisi et ipsa per μέν et δέ. Itaque abjiciuntur duo illa μέν, ad suum δέ utrumque relata, locumque faciunt illis μέν et δέ quibus propositiones ipsae copulantur. Ut in Herodoteis igitur illis quos paulo ante memoravimus locis, ita hic etiam particula μέν non ad primum sed ad secundum δέ spectat, δέ autem in utraque apodosi suam respicit protasin. Differentia autem inest haec, quod vis antithetica horum δέ in Xenophonteo loco tanta est, ut in utraque protasi etiam particula μέν supponatur: quod

*) Melet. p. 111. Quanquam vera tantum est, quae ibi proponitur transpositio vocum ἔνθα et ἔνθεν: nam in vocula δέ primo loco in μέν mutanda errasse virum egregium, a Werfero jam observatum est.

secus est in exemplis Herodoteis. Nam in illo e. g. 5, 73. *εἰ μὲν διδοῦσι κ. τ. ε.* prima propositio per se sola posita proferri non poterat ita:

εἰ μὲν διδοῦσι Δαρείῳ γῆν τε καὶ ὕδωρ, ὁ δὲ συμμαχίαν σφι συνετίθετο.

nulla enim omnino, ut recte observabat Werfer, in hoc sermone est oppositio, sed potius naturalis consequentia, quae nunquam per *μέν* et *δέ*, sed per *δέ*, solum recte effertur. Haec autem particula apud Iones quidem in mera quoque apodosi locum habet: ita ut propositio illa per se sola in alio contextu recte enuntiari potuerit hoc modo:

εἰ οὖν διδοῦσι Δαρείῳ γῆν τε καὶ ὕδωρ, ὁ δὲ συμμαχίαν σφι συνετίθετο.

[EXCURSUS XIII. *ad* §§. 24—26.]

[Quum hic principalis locus sit, quo de arbitris doceamur, acrius inspiciamus, ut pro virili parte conferamus ad accuratam hujus atticarum antiquitatum partis cognitionem. Innectamus autem in disputationem etiam res huc pertinentes, quae recte jam intelliguntur, ut uno loco collata habeamus, quae inserviant, ut hunc orationis articulum perspiciamus ejusque vim vere percipiamus.

Verbis autem *δίκην δὲ τούτῳ λαβὼν ὕστερον τῆς κακηγορίας εἷλον, ἐρήμην, οὐ γὰρ ἀπήντα· λαβὼν δ' ὑπερήμερον καὶ ἔχων, οὐδενὸς ἡψάμην πώποτε τῶν τούτου, ἀλλὰ λαχὼν ἐξούλης πάλιν οὐδέπω καὶ τήμερον εἰσελθεῖν δεδύνημαι· τοσαύτας τέχνας καὶ σκήψεις οὗτος εὑρίσκων ἐκκρούει,* his igitur verbis quasi adumbrat paucis totam litem Demosthenes, ita ut nonnulla colligere possimus de statu quo versarentur et ipse et Midias eo tempore, quo haec oratio habebatur, variis et auxiliis et artibus adhibitis. Primum autem quum in praecedentibus narraverit Orator, quibus contumeliis ipse familiaque sua a Midia affecti sint, his verbis dicentem audimus, ob omnes has contumelias causam *κακηγορίας* se fecisse. Vetat verborum ratio, quamvis Demosthenis lenitatem miremur, ut de pluribus causis cogitemus. Neque vero, pergit Orator, Midias die dicta affuit, neque in contumaciam condemnatus data die 500 drachmas, qua mulcta is qui dicam *κακηγορίας* perdebat, mulctabatur (Meier. et Schoem. de lite Att p. 481. sqq.), Demostheni solvit, qua re *ὑπερημέρῳ* facto, quamvis posset, nihil tamen pigneratus est Demosthenes, sed *ἐξούλης* eum accusavit. Quam litem si perdebat Midias, non amplius 500 drachmas debebat, sed 1000, quarum 500 aerario publico solvendae erant. Quamobrem infra, *ἡ δίκη,* inquit, *χιλίων ἦν δραχμῶν.* Hoc modo simpliciter atque ut opinor unice vere explicamus hoc dictum, de quo multis disputaverunt Viri docti. Volunt enim, de duplice causa *κακηγορίας* ut hic cogitetur, quamvis viderimus, orationis contextum contra hanc suspicionem esse. Confirmatur vero sententia nostra verbis quae locum modo exscriptum excipiunt, in quibus annexa sunt verbis *Πάνυ γε· ἀλλὰ δάκνει καὶ τοῦτο, φαίη τις ἄν, ὅταν ἐκτίνειν ἀδίκως δέῃ* haec: *συνέβη δὲ ὑπερημέρῳ γενομένῳ λαθεῖν αὐτῷ* eo modo, ut appareat, verbis *ἀλλὰ χιλίων* etc. non respici ad id tempus, quo primum causam

κακηγορίας perderet Midias, sed ad id tempus, quo Midiae neglecta obedientia quam sententiae latae debebat causa ἐξούλης facta est, ita ut ἡ δίκη fieret χιλίων δραχμῶν. Sed redeamus ad initium hujus loci unde deflexìmus. Midias artibus praetextisque judicium propter causam ἐξούλης instituendum differre scivit, ita ut usque ad illum diem, quo Demosthenes hanc orationem habuit, sententia ferri non posset. Jam videmus illud primum judicium postremo die pariter atque primo ratum esse, quasi nihil intra hoc temporis spatium accidisset praeter condemnationem Midiae et causam ἐξούλης institutam. Deinde ad singula pertractanda transit Orator et postquam Stratonem arbitrum in hac lite fuisse dixit, §. 24. d. haec verba facit: οὐκ ὀρθῶς οὐδὲ δικαίως, ἀλλὰ καὶ πάνυ αἰσχρῶς ἀπολώλεκεν (Midias) τὸν ταλαίπωρον (arbitrum), quibus verbis liberat Stratonem peccatis omnibus, Midiam vero criminatur, non jure illum, sed artibus nequissimis usum esse, ut ulcisceretur Stratonem; nam Stratonem omnia fecisse, quae arbitrum facere oporteret, sequentibus demonstrat: οὗτος διαιτῶν ἡμῖν ὁ Στράτων, ἐπειδὴ ποθ᾽ ἧκεν ἡ κυρία, πάντα δ᾽ ἤδη διεξεληλύθει ταῦτα τὰ ἐκ τῶν νόμων, ὑπωμοσίαι καὶ παραγραφαὶ καὶ οὐδὲν ἔτ᾽ ἦν ὑπόλοιπον et quae sequuntur. Ὑπωμοσία est si reus dicit, se die sententiae ferendae dicta adesse non posse idque jurejurando affirmat, ut haec dies differatur. Quod ne fiat, contra jurare potest accusator, falsa esse praetexta, quo facto dies dicta non differtur. Παραγραφή est, si reus dicit, obstare aliquid, quominus lite agi possit; e. g. dicere potest reus, jam prius latam esse sententiam de eadem re, aut magistratum hac in re potestatem non habere. Quo facto lis principalis differtur, donec de hac exceptione decretum est. Vide de his rebus Meier. et Schoem. l. l. p. 693 sqq. et 644 sqq. Plurali igitur numero ὑπωμοσίαι et παραγραφαὶ usus, dicit noster, postquam ὑπωμοσίᾳ opposuisset ἀνθυπωμοσίαν et παραγραφὴν redarguisset, nihil amplius obstitisse, quominus die dicta sententia ferretur. Ceterum non video, cur hic et alibi παραγραφή alia quaedam actio intelligatur, quae similis sit τῇ ὑπωμοσίᾳ, quod opinantur Meier et Schoem. p. 697. Poterat autem reus dilatione postulata condemnatus τὴν μὴ οὖσαν sive ἐρήμην ἀντιλαγχάνειν, qua lite instituta ei demonstrandum erat, prave jurasse falsosque exhibuisse testes accusatorem. Sin autem hanc litem perdebat, ratum erat prius judicium, sin minus, rescindebatur. V. Meier. et Schoem. p. 753 sqq. Hudtwalk. p. 99 sqq. Poterat idem reus, si arbitrum aut inimicitia motum aut alia re corruptum contra jus judicasse credebat, illum εἰσαγγέλλειν. Harpocratio: εἰσαγγελία ἐστὶ κατὰ τῶν διαιτητῶν. εἰ γάρ τις ὑπὸ τῶν διαιτητῶν ἀδικηθῇ, ἐξῆν τοῦτον εἰσαγγέλλειν πρὸς τοὺς δικαστάς. καὶ ἁλοὺς ἠτιμοῦτο. Videmus igitur τὴν μὴ οὖσαν accusatori soli, τὴν εἰσαγγελίαν arbitro damno fuisse. Si igitur Demosthenes, postquam demonstravit, Stratonem sine ira et studio agentem Midiam absentem, constituta hora, condemnasse et postquam narravit, quae illo ipso die fecit Midias, ut judicium irritum redderet, sic pergit: ἀπειλήσας καὶ διαλοιδορηθεὶς (Stratonem et archontes) ἀπελθὼν τί ποιεῖ; καὶ θεάσασθε τὴν κακοήθειαν, non possumus quin intelligamus, Midiam minitantem nihil aliud voluisse quam εἰσαγγέλλειν Stratonem. Simul autem Demosthe-

nem dicere videmus, ea quae narraturus sit, non fuisse nisi artes Midiae. Et artibus ut uteretur Midias opus erat, si arbitro damnum inferre volebat, quum Strato, ut vidimus, omnes leges in sententia ferenda observasset. Si igitur narrat Orator, τὴν μὲν δίαιταν ἀντιλαχὼν οὐκ ὤμοσεν, artificium hoc fuisse necesse est, neque re vera τὴν μὴ οὖσαν ἀντιλαγχάνειν voluisse Midiam, sed simulasse tantum. Quod fuit igitur artificium? Ei enim qui restauratione eremodicii uti volebat, jurejurando affirmandum erat, se verum dicere et persequuturum esse litem secundum veritatem. Ergo si Midias jusjurandum postulatus, non juravit, Stratonem, ἀπράγμονα illum et omni nequitia immunem, opinari oportebat, Midiam sententiae latae acquiescere (ἀλλ' εἴασε (Midias) καθ' ἑαυτοῦ κυρίαν γενέσθαι), neque amplius effecturum esse, quod minitatus esset. Attamen Midias hoc non satis esse existimavit, ut Strato omnem suspicionem plane abjiceret; quamobrem βουλόμενος τὸ μέλλον λαθεῖν (h. e. ut in posterum lateret consilium Stratonis accusandi per εἰσαγγελίαν), φυλάξας τὴν τελευταίαν ἡμέραν τῶν διαιτητῶν, τὴν τοῦ Θαργηλιῶνος ἢ τοῦ Σκιροφοριῶνος γιγνομένην, εἰς ἣν ὁ μὲν ἦλθε τῶν διαιτητῶν ὁ δ' οὐκ ἦλθε, πείσας τὸν πρυτανεύοντα δοῦναι τὴν ψῆφον παρὰ πάντας τοὺς νόμους, κλητῆρα οὐδ' ὀντινοῦν ἐπιγραψάμενος κατηγορῶν ἔρημον, οὐδενὸς παρόντος, ἐκβάλλει καὶ ἀτιμοῖ τὸν διαιτητήν.

Hic maximi momenti est causaque multae disputationis inter Viros doctos varietas lectionis κατηγορῶν ἔρημον et κατηγόρων ἔρημον, quarum lectionum prior ex emendatione orta est, uno codice Par. r. probata, posterior in omnibus ceteris extat, a plerisque omnibus editoribus repudiata. Sed primum, ut difficultatem, quam accusativus ἔρημον conjunctus cum κατηγορῶν affert, mittam, quid attinet ad εἰσαγγελίαν utrum Strato affuerit an abfuerit? Hac in re quasi in cardine non versabatur εἰσαγγελία, sed eam ob causam instituebatur illa, quod ὁ ἀεὶ εἰσαγγέλλων arbitrum contra jus judicasse contendebat. Sed et logica ratio hujus loci prohibet, quominus participium praesentis κατηγορῶν in contextum recipiamus. Nam cum prius, quam accusavisset Stratonem, praesidi persuadere non potuerit Midias, ut sententiam ferret, sensu carent verba πείσας τὸν πρυτανεύοντα δοῦναι τὸν ψῆφον παρὰ πάντας τοὺς νόμους, κλητῆρα οὐδ' ὀντινοῦν ἐπιγραψάμενος, nisi posita accusatione. Quomodo igitur sequi potest post illa verba sententia κατηγορῶν ἔρημον, praesertim praesentis participio expressa? Falsa igitur est ad meum quidem sensum haec lectio. Contra bene se habet sensus et logica ratio hujus loci altera lectione adoptata. Nequitia enim Midiae ut clarius manifestaretur, dixit Orator, ita integrum fuisse Stratonem ut nullum haberet accusatorem; cui dicto insuper addit οὐδενὸς παρόντος, ut intelligatur, ita praecipitatum esse Stratonem a Midia, ut neque ipse se defensurus adesset neque alius quis, qui pro eo diceret. Quod ut prohiberet Midias etiam per κλητῆρας Stratoni nuntiare praetermiserat, se illum accusaturum esse, sicuti omnia quae supra vidimus, dolose fecerat, ne se praepararet Strato ad judicium subeundum. Discimus igitur hoc ex loco, post mensem Thargelionem per εἰσαγγελίαν non potuisse arbitros accusari; an autem potuerit antea neque contenderim neque negaverim; tum, per hunc mensem in loco

quodam, foro sine dubio, versatos esse arbitros, quamvis accusaturi legibus astricti essent, ut per κλητῆρας in jus vocarent accusandum, sine dubio, ut hic omnia praeparare posset ad judicium subeundum. Quibus omnibus, opinor, colligitur, arbitros non eodem modo ὑπευθύνους fuisse, quo magistratus proprio sensu sic vocatos, a quibus discrepare arbitros pateat. Non enim video cur εἰσαγγελία nominata esset lis arbitro inlata, si conveniret cum lite magistratibus facta, quae εὐθύνη nominaretur? Natura autem εἰσαγγελίας servata est, si sumimus, non arbitrum nisi per accusatorem aliquem cogi potuisse ut rationem redderet; rationem eum non dedisse, si accusator non adesset. Sic recte hac quoque in re discrepant inter se judices, qui plane nullam rationem reddebant, arbitri, qui reddebant, si accusator aderat, magistratus, qui semper abeuntes rationem reddere debebant. Abest igitur natura εὐθυνῶν a dica arbitris intenta. Quae cum ita sint, non firme contenderim cum Meiero Schoemannoque, ad logistas, quorum auspiciis fiebant euthynae, etiam has εἰσαγγελίας delatas esse. Nam non video, quidni hae quoque ad senatum pertinuerint, quum ad hunc et ad populum omnes εἰσαγγελίαι, excepta una περὶ κακώσεως, deferrentur. Sed quum senatus non mulctare posset nisi quingentis drachmis et lites majori mulcta aestimandas ad judices deferret, recte dicit Harpocratio: ἐξῆν τοῦτον εἰσαγγέλλειν πρὸς τοὺς δικαστάς, quoniam condemnati arbitri maxima capitis deminutione mulctabantur.

Non vero in eo, quod abfuit Strato summam accusationis versatam esse, etiam clarius in sequentibus exprimitur, ubi tam saepe atque emphatice verbo ἀδικηθῆναι utitur Orator, ut non possimus quin accipiamus, τοῦ ἀδικῆσαι accusatum esse Stratonem, non absentiae. Dicit enim ille fictus Midiae amicus: Πάνυ γε· ἀλλὰ δάκνει καὶ τοῦτο, ὅταν ἐκτίνειν ἀδίκως δέῃ· συνέβη δὲ ὑπερημέρῳ γενομένῳ λαθεῖν αὐτῷ, διὰ τὸ ἀδικηθῆναι, cui respondet Demosthenes, quum Midias illo ipso die expertus sit, se damnatum esse, hoc maximum testimonium esse τοῦ μηδὲν ἠδικηκέναι τὸν ἄνθρωπον. Et infra §. 26. e. haec verba facit Orator, ὧν αὐτὸς ἠδικῆσθαί φησι μόνον, οὐ γὰρ ἠδίκητό γε. Ceterum pertinuit fortasse hoc crimen ad illam causam, quae nuncupabatur apud Atticos ἀδικίας sive ἀδικίου, cujus criminis accusato εἰσαγγελία sive προβολὴ inferebatur, damnatus eadem poena afficiebatur, qua Stratonem mulctatum videmus, maxima capitis deminutione. V. Meier. et Schoem. p. 344 sqq. Ex sequentibus apparet, potuisse institui τὴν μὴ οὖσαν contra arbitri sententiam, neque vero per εἰσαγγελίαν sententiam arbitri irritam fieri Nam etsi Strato condemnatus erat, tamen dicere potuit Demosthenes: ἀλλ᾽ ἐπειδή γε ἠτίμωσεν ὃν ἠβουλήθη καὶ τοῦτ᾽ ἐχαρίσασθ᾽ αὐτῷ καὶ τὴν ἀναιδῆ γνώμην, ᾗ ταῦτα προαιρεῖται ποιεῖν, ἐνέπλησεν αὐτοῦ, ἐκεῖνο ἐποίησε, τὴν καταδίκην ἐκτέτικε, δι᾽ ἣν τὸν ἄνθρωπον ἀπώλεσεν; οὐδὲ χαλκοῦν οὐδέπω καὶ τήμερον· ἀλλὰ δίκην ἐξούλης ὑπομένει φεύγων, id quod supra jam vidimus. Non igitur voluit Midias εἰσαγγέλλων, ut sententia de se lata rescinderetur, sed ut Stratonem, quem corrumpere non posset, ulcisceretur.

Postquam autem in sequentibus dixit Orator, Midiam usque adhuc mulctam non luisse, et testes produxit, qui affirmarent, vera ipsum dixisse, ad postremum legem de arbitris legi

jubet. Cur? Ulpianus, *τὸν δὲ νόμον*, inquit, *ἀναγινώσκει τῶν διαιτητῶν, ἵνα δείξῃ τοῖς δικάζουσιν, ὅτι τὸ ἐκ τῶν νόμων τίμημα κατεδίκασεν ὁ Στράτων καὶ ὅτι κατὰ τοὺς νόμους ἐποίησεν, ἐρήμην αὐτοῦ καταψηφισάμενος*. Quamobrem Spaldingus aliique aut legem hic esse allitam ab inepto grammatico falsam, in qua nihil de hac re dicatur, aut partem universae de arbitris legis falsam. Sed non video quomodo discrepet argumentum nostrae legis ab hoc loco? Nam quum in praecedentibus Demosthenes dixisset, Midiam poenam non luisse, plane accommodata sunt loco verba quibus demonstretur, lege astrictum esse Midiam ut, etsi Stratone condemnato, mulctam ab eo edictam lueret. Nam etsi de compromissis arbitris hac in lege edicitur, Strato autem publicus erat arbiter, tamen eandem vim habebat Stratonis sententia, quia a Demosthene et Midia ex compromisso electus erat arbiter. Ceterum non negaverim, partem tantum universae de arbitris legis nobis hic servatam esse. Haec de nostro toto loco sufficiant; plura de arbitris videas in Hudtwalckeri de arbitris libello, quocum ubi consentirem ubi discreparem non ubique dixi, ut chartae parcerem]

[EXCURSUS XIV. *ad* §. 9. *c – g*.]

[Ad rem difficilem et quae audaciae crimen afferre mihi possit aggredior, in quod tamen discrimen me confero veritatis caussa, non mei cupidus. Est enim hic locus, quem antiquitatis cognitione penitus imbuti viri, Augustus Boeckh *) et Mauritius Meier **) doctissime interpretati Demosthenem turbulente dixisse contendunt. Primum enim Demosthenem discrimen intercedere inter causas *βλάβης*, *ὕβρεως* et *τὸ δημοσίᾳ κρίνειν* dicturum, proprium *τοῦ δημοσίᾳ κρίνειν* afferre „*τίμημα ἐπάγειν ὅ,τι χρὴ παθεῖν ἢ ἀποτῖσαι*, quum idem factum esse in caussa *ὕβρεως* constet. Tum complexum caussam privatam *βλάβης* et caussam publicam *ὕβρεως* eum profiteri, his se repudiatis suum emolumentum *ἐπὶ τῶν ἰδίων δικῶν* omisisse, *δημοσίᾳ κρίνοντα* rei publicae poenam concessisse, quum ipse in sequentibus dicat, caussam *ὕβρεως* esse publicam poenamque pertinere ad rempublicam. Jam cum venia illorum virorum haec dicantur: Concedo quidem, commoto animo et raptim scribentem in dictionis vitia aliosque errores incurrere posse, sed res judiciales et eas quidem litigiosis Atheniensibus perquam notas, in quibus ita versatur, ut iis quasi promptis telis armisque primo quoque tempore utatur turbare eum posse, non credo. Nostri, hominum tanto spatio a veteribus discretorum, oculi tot impedimentis obstricti sunt, ut, quamvis mirabilis quorundam cognitio sit, tamen prius nostrae inopiae quam Oratoris spectati rebusque publicis versatissimi errori imputari oporteat ea, quae inter se repugnare videantur.

Conabor igitur Demosthenem haec loquutum defendere. Rei esse dicit Demosthenes contendere, institutam ab accusatore actionem crimini non convenire, aliam institui oportuisse. Midias igitur ait, si vera sint, quae criminetur Demosthenes;

*) In libello: Von d. Zeitverhältn. d. Demosth. Rede g. Midias p. 16.

**) In libro: Der Attische Procefs p. 175 sq.

in Demosthenem se insultasse, non in rempublicam; itaque vel *δίκην ἰδίαν βλάβης* vel *γραφὴν ἰδίαν ὕβρεως* eum intendere potuisse, non licitum ei fuisse, criminis laesae reipublicae se accusare. Quum autem haec duo genera caussarum non *τῷ τίμημα ἐπάγειν* etc. inter se differant atque adeo constet, hoc proprium fuisse quarundam et privatarum et publicarum actionum, patet verba *καὶ τίμημα ἐπάγειν* etc. nostro loco non addere Midiam, ut discrimen addat, sed ut iis significet *τὴν τίμησιν ταύτην* in actione hujus generis publica multo periculosiorem esse quam in duabus reliquis actionibus et quam pro delicto suo; populus illius rei gnarus non potuit non haec recte intelligere.

Sin autem mox prae se fert Demosthenes, suum se lucrum neglexisse hac caussa instituta, nihil vult nisi monstrare, non lucri caussa se lites sectari, neque igitur necesse est verbis *ἐπὶ τῶν ἰδίων δικῶν* caussam *βλάβης* et caussam *ὕβρεως* eum significasse, sed in universum loqui. Accedit quod addit haec Demosthenes, postquam dixit, istius non esse contendere, hanc illam institui potuisse litem, quod quidem recte se habeat, sed convincere, se ipsam rem publicam non laesisse; quibus declaratis declaraverat, cur praeter caussam *βλάβης* neque caussam *ὕβρεως* intendisset. Neque igitur erat quod iterum respiceret hanc caussam sequentibus verbis. Quae omnia si recte se habent, nihil est in hoc loco conturbati.]

[EXCURSUS XV. *ad* §. 32. *d.* — §. 34.]

[Accuratius examinemus hunc orationis locum, ne ille rebus partim moleste repetitis partim alienis laborare videatur. Quamobrem prae omnibus tenendum, non in ipsa Aristarchi caussa versari enarrationem, qua re posita sub finem disputationis verbis *κἂν μὲν ἀφῶ τοῦτον* etc., quibus necopinato de se loqueretur Orator, offendereris oporteret. Sed locus verborum *δι' ἐμέ* (§. 32. d.) ante *τὸν Ἀρίς. ἐσυκ.* positorum docet, in iis versari summam argumenti. Non tamquam novam rem Aristarchi accusationem narrat, sed sua caussa factam esse illam omnium ore circumlatam Aristarchi accusationem jam se demonstraturum esse profitetur. Itaque attende animum ad disputandi rationem, qua et artes Midiae detegat Orator, quibus usus sit ille, ut, cum ipsum esse homicidam demonstrare non potuerit, saltim particeps necis fuisse videretur, et Aristarchum a Midia quamvis amicum capitis accusatum insontem esse ostendat. Qua re et Midias infamia notatur et Demosthenem ipsum falso accusatum esse apparet.

Ratiocinationis igitur quasi cardines sunt accusantis Aristarchum Midiae verba et ejusdem post factam delationem ratio, qua movere studeat Aristarchum, ut is ipse Demosthenem sibi reconciliet. Hae igitur res, partim ipsis Midiae verbis proferuntur, partim tempore imperfecto referuntur, ut in iis contemplandis quasi commoremur; ceterae vero res de quibus certiores facti recte pernoscamus illas, indicantur tantummodo, dicendi formis in loco secundo positae. Itaque post ipsa Midiae verba dicit Orator *καὶ ταῦτ' ἔλεγεν* — *ἐξεληλυθὼς* — *χρώμενος* — *παρεσχηκότος* participiis, tum §. 33. c. *τῇ μὲν προτεραίᾳ* — *εἰσεληλύθει* — *διείλεκτο* plusquamperfectis, deinde

τῇ δ' ὑστεραίᾳ — εἰσελθὼν — καθεζόμενος ἐμβαλόντων iterum participiis utens; verum postremum ὤμνυε μὲν — ἠξίου δέ. Similem loquendi modum in testimonio spectamus. Quae observatio inservit fortasse lectioni ἁλῶν μὲν κοινωνήσας §. 33. b. stabiliendae. Verba inde ab καὶ ταῦτ' ἔλεγεν usque ad εἰ δὲ ἁλῶν μὲν etc. ostendunt amicum Midiae Aristarchum. Verbis εἰ δὲ ἁλῶν — ἀπολωλέναι amicus proditus narratur Demosthenis ulciscendi gratia. Sequenti longa periodo omnia complectitur Orator, quibus perfidae artis Midiae pernoscantur. Recte igitur, ratiocinatione absoluta, in praesentia quidem Aristarcho praetermisso, non loquitur nisi de Midia deque se; post testimonia vero allata ad infelicem Aristarchum recurrit oratio. —]

INDEX.

ficationem pertinere arbitror, ita tamen ut non simpliciter sit pro *ἀγωνίζεσθαι*, sed terminatio *-ιάω* sua hic etiam vi polleat, et *sollicitos certatores* indicet. Quae propria fuisse videtur hujus verbi significatio, unde latior illa de omni aestuatione derivata sit. Hic certe duo verba *ἀναλίσκοντας, ἀγωνιῶντας* sic juncta, plane ut mox *ἀναλίσκοντα, χορηγοῦντα*, solam animi notionem in altero vix admittunt. Alia fortasse exempla diligentiores invenient: interim non contempserim Diodorum 13, 53. de Atheniensibus ita scribentem: *ὑμεῖς δὲ οὐχ ὑπὲρ ἡγεμονίας, ἀλλ' ὑπὲρ ἀναστάσεως ἀγωνιᾶτε*, ubi de vero certamine, non de sola anxietate loquitur Laco.

[*ἀγωνίζεσθαι* certamen inire; periclitari; judicio periclitari 3. d. ubi non est cur *ἀγωνιεῖται* passiva significatione esse credas, qua esse suspicatur Stephanus (in Thes. s. v.) hoc vocabulum etiam his locis: Contra Timocrat. 709. 754.]

[*ἄδεια* securitas 57. d. 61. a. Cum quis publicis quibusdam muneribus fungens quasi sacrosanctus est, *ἄδειαν* habet. cf. not. 104.]

ἀεί i. q. *ἑκάστοτε*: *τὸν ἀεὶ προστυχόντα* 37. a. *οἱ ἀεὶ δικάζοντες* 47. h. 61. b. Cf. Ind. in Plat. Meno. etc.

[*ἀειφυγία* 12. d.]

Ἀθηνᾶ (in juramento) 54. a.

[*ἀθῷος* 31. a. hic quidem idem esse quod *ἀναίτιος* dubitari non potest, quam significationem vocabuli esse apud accuratius scribentes Atticos, negant Steph. in Thes., Lennep. ad Phalar. 152. laudatus a Schaefero. Sed tenendum est, nostro loco loqui testes, non Demosthenem.]

Αἰγύπτιος quidam inquilinus v. *Πάμφιλος*.

αἴδεσις 12. extr. „personae periclitantis respectus: exorata placabilitas" sic Steph. in Thes. Seg. p. 80, 4.

αἰκία proprie est cum homo redditur *ἀεικής*, foedus aspectu; plagis maxime; *αἰκίας δίκη* (10. h.) erat in eum, *ὁπότερος* (in manuum conflictu) *ἦρξε χειρῶν ἀδίκων*, ut est ap. Demosth. adv. Euerg. p. 1141, 8. 1150, 26. Erat autem minor actio quam *γραφὴ ὕβρεως*: nam haec erat publica, illa privata *REISK*. [cf. Meier. et Schoem. de Lit. att. p. 544. sqq.]

αἱρεῖν δίκην et *αἱρεῖν τινά τινος* (ut *ὕβρεως*), judicio vincere: hinc *οἱ ἑλόντες* 5. b.: quibus respondet ibi *οἱ ἑαλωκότες* condemnati. Cf. 41. e. 62. c.

[*αἴρεσθαι ἔχθραν* 37. c.]

-ασι et *-εσσι* 15. e. not.

αἰσχύνεσθαι, cum *εἰ*. 29. b.

ἀκούειν τι, ὅ,τι ἐστίν. 23. a. Cf. *εἰδέναι*.

[*ἄκυρος* 25. e. v. *κύριος*.]

ἁλίσκεσθαι [condemnari 29. c. 49. a. 62. c.]

Ἀλκιβιάδης, de eo et de ejus genere 39. 40.

Ἀλκμαιωνίδαι 40. a.

ἀλλά abruptum 47. c. [De proprio quodam hujus conjunctionis usu vid. not. 433.] *ἀλλὰ μήπω τοῦτο*, 25. c.

ἄλλοι, post *τινές* omittitur 59. b.

ἀλῶν κοινωνεῖν 33. b.

ἄμεινον sine vi comparativa 54. a. Vid. Ind. ad Plat. Men. etc.

[*ἄμμιγα* 15. c.]

ἄν trajectum 14. e. 15. not. — repetitum 23. a. 32. c. 36. f. — Cf. *ὡς ἄν.*
[*ἀνακράζειν, ἀνεκράγετε* 59. c. cum not. 504. cf. 61. c.]
ἀνακρίνειν 28. b. Ulpianus: *Ἔστιν ἡ ἀνάκρισις τοιοῦτον. ὅτε* (l. *ὅταν*) *τις ἀποθῆται γραφὴν, ἀνακρίνεται* (examinatur) *πρὸ τοῦ δικαστηρίου παρὰ τοῖς ἄρχουσιν εἰ ἐπέξεισιν, εἰ μάρτυρας ἔχει, εἰ χρῄζει τοῦ παρεῖναί τινα.* In loco Demosthenis itaque Med. *ἀνακρίνασθαι ταύτην* (*τὴν γραφὴν*) est *praebere se examini circa hanc accusationem.*
ἀναπίπτειν 44. d. Elegans est in hoc verbo translatio, petita a corpore resupinato; significat autem *refrigescere; lentius quam in principio agitari.* Vid. Zeun. ad Xen Oec. 8, 8. et Suid. in v. *SPALD.*
[*ἀναπνεῖν* 57. c.]
ἀναρπάζειν. ἀνηρπάσθαι 33. d. 35. c. Solus Reiskius recte statuit de hoc verbo, cui lexicographi inde a Budaeo, dum Demosthenis usum spectant, aliquid de *ad poenam rapiendo* admiscent: cui sensui tamen vel sola praepositio *ἀνά* repugnat. Est enim proprie *sursum tollere,* et hinc malo sensu *de medio tollere, perdere, evertere:* ut de civitate, apud nostrum Philipp. 3. p. 123, 10., de homine in nostra or. Il. cit. et Philipp. 4. p. 136, 10. et adv. Neaer. p. 1348, 1. Hoc ultimo enim loco judicibus grates aguntur, quod Apollodorum, condemnatum illum quidem, non tamen siverint *ἀναρπασθῆναι,* dum talento tantum multant, non vero magna illa pecunia, qua accusator litem aestimavisset, cuique pendendae plane impar esset ille. Unde apparet *ἀναρπασθῆναι* esse *perire, funditus perdi;* quod duobus illis nostrae orationis locis fortius effertur forma perfecti; cf. §. 29. c. — Adde not. de verbo *προαναρπάζειν* ad §. 35. d.
ἀνατιθέναι 15. e. Vid. Exc. III. extr.
ἀναφέρειν Not. ad. 25. i.
ἀνεξέταστος vid. *ἐξετάζεσθαι.*
ἀνήκεστον 22. a. et Not. ad 20. d. Est euphemismus fere pro nece vel etiam mutilatione: vid. Schneid. Lex. et Herodot. 1, 137.
ἄνθρωπος pro *ὁ ἄνθρωπος* 47. g.
[*ἀνθυποστῆναι* 20. b.]
[*ἀντιβολεῖν* 56. c.]
ἀντιδιδόναι, ἀντίδοσις 23. c. 43. a. Antidosis est legibus Atticis sancita bonorum permutatio, cum qui sumptus publicos sibi imperatos erogare se pro facultatibus suis posse negat, alterum civem, ei oneri parem, designat, qui deinde aut munus illud ab altero detrectatum recipere cogitur, aut suas facultates cum illo permutare. *Ἀντιδιδόναι τριηραρχίαν* est ejus, qui detrectat *τριηραρχίαν.* Cf. F. A. Wolfius in Proll. ad Leptineam p. 123. Facit egregie huc locus secundae Demosthenis in Aphobum orationis p. 840 seq. *ὡς τὰς δίκας ταύτας ἔμελλον. εἰσιέναι κατ' αὐτῶν* (*τῶν ἐπιτρόπων*), *ἀντίδοσιν ἐπ' ἐμὲ παρεσκεύασαν· ἵν' εἰ μὲν ἀντιδοίην, μὴ ἐξείη μοι πρὸς αὐτοὺς ἀντιδικεῖν, ὡς καὶ τῶν δικῶν τούτων τοῦ ἀντιδόντος γιγνομένων· εἰ δὲ μηδὲν τούτων ποιοίην, ἵν' ἐκ βραχείας οὐσίας λειτουργῶν, παντάπασιν ἀναιρεθείην. καὶ τοῦτ' αὐτοῖς ὑπηρέτησε Θρασύλοχος ὁ Ἀναγυράσιος. SPALD.* Est itaque *ἀντιδιδόναι τριηραρχίαν*

(23. c.) offerre alicui trierarchiam tanquam opulentiori ita ut aut revera eam suscipiat alter, aut, si recuset, bona cum offerente permutet.

ἄνωθεν διδάσκειν, ἄρχεσθαι 23. b. 44. b. paulo longius et a principio aliquid repetere.

ἀξιοῦν. Hujus verbi significationes, tam miram, in quadam tamen vicinia, diversitatem praebent, ut non rara in eo sit ansa dubitandi; ut videre est in nostra or. §. 27. d. ubi vera et utilis est Spaldingi annotatio; qua tamen res non conficitur, uti nec illo quod in indice ad Plat. Meno. etc. de hoc verbo monui. Tenendum igitur est, ei significationi quae hujus verbi ex etymo propria est, *dignum judicare*, quoties aliud inde verbum in infinitivo pendet, statim admisceri notionem *voluntatis*: quae cum partim ad *alienas* partim ad *proprias* actiones spectet, nascuntur inde duae significationes principales, altera *postulandi*, altera *se ipsum praebendi*.

Notio postulandi etymo vocis proxima est in eo usu cujus exemplum habes §. 14. d. bis: οἱ νόμοι οὐδὲ τοὺς δούλους ὑβρίζεσθαι ἀξιοῦσιν „aequum esse censent" h. e. *volunt*. Est etiam ubi nil differt a *rogando, petendo*, ut cum §. 1. e. dicit noster, πολλοί μοι προσιόντες ἠξίουν καὶ παρεκελεύοντο ἐπεξελθεῖν: sed accedit fere notio *fiduciae* et *arrogantiae*: 33. c. ἠξίου δὲ καὶ πρὸς ἐμὲ αὐτῷ δι' ἐκείνου γίγνεσθαι τὰς διαλύσεις, quod non est simpliciter *rogavit*, sed „*non dubitavit*, hoc ab illo, quem paulo ante in senatu calumniatus erat, *petere*": quo pertinet etiam 51. a. et 57. a. item §. 47. b. ἀξιούντων ὑμῶν πλεῖν (αὐτὸν) κ. τ. ε. ubi de *imperante* populo usurpatum est. §. 37. g. τοὺς ἄλλους ἀξιοῖς ὅ,τι σὺ βούλει σκοπεῖν h. e. quasi jus tuum postulas. Quod autem haec postulandi notio *alienas* actiones spectat, illud per grammatices regulas non impedit quo minus infinitivus inde pendens idem tamen interdum cum verbo ἀξιοῦν subjectum habeat: nam non modo actio postulata in forma passiva potest enuntiari, ut 51. extr. ἀξιοῖ σωθῆναι *servari vult, postulat*; sed sunt verba etiam quae per grammaticen quidem activa, quin transitiva sunt, a voluntate tamen agentis non proveniunt, atque ita sunt sensu passivo, ut 25. f. δίκην ἀξιοῖ λαμβάνειν 29. c. δίκης ἀξιοῖ τυχεῖν.

Hic autem transitus est ad alterum genus quod proprias actiones verbo ἀξιοῦν subjungit: nam cum dicit noster e. g. 44. e. ἱππαρχεῖν ἠξίωσε non hoc est pure activum: nam conferendum tamen in eum erat equitum magisterium: est itaque *praebuit se* (tanquam dignum) *ad*, *affectavit* imperium equitum. Et sic additur verbum hoc actionibus omnibus, quas jure suo se facere putat aliquis, ut in exemplis in Ind. Plat. prolatis, Xenoph. ἀξιοῦσιν αἱ πόλεις τοῖς ἄρχουσιν ὥσπερ ἐγὼ τοῖς οἰκέταις χρῆσθαι, Plat. καὶ τούτων χρήματα ἀξιοῦσι πράττεσθαι. Ubi reddi potest verbum *non dubitant*: et procedit dictio ex eo quod dignos se, dignam operam suam putant. Sed alia etiam est spe

cies ubi rem dignam, certe non indignam puto, quam faciam; tumque ἀξιοῦν valet *non detrectare*, ut 18. f. τῇ πολιτείᾳ συγχωρεῖν τὰ τοιαῦτα ἠξίου *non detrectabat*, *paratus erat*, vel *libenter fecit*. 24. b. τοῖς νόμοις ἅπαντα πράττειν ἀξιῶ ita omnia facio ut sedulo libenterque leges observem. Huc refer etiam 27. d. cum not. Spald. 45. a. item 3. a. οὐδὲν ἂν ὑμῶν ἠξίουν δεῖσθαι „non dignum judicarem, non sustinerem precibus uti".

Longius ab his omnibus is verbi ἀξιοῦν usus recedit, cujus hic exemplum non habemus, cum simpliciter *putare*, *existimare* significat; vid. Ind. ad Menon.

ἀπάγειν victimas etc. 15. e. vid. Exc. III. pag. 126.

ἀπαλλάττεσθαι causa desistere 41. e. 54. a. cum not.

ἀπαντᾶν τινι obviam fieri 59. c. — cum ἐπί, ad aliquem locum in disputando devenire, descendere, confugere 41. e. Sic adv. Timocr. p. 760, 24. ὅταν δὴ τούτῳ τῷ λόγῳ χρῆται, ἐπὶ ταῦτα ἀπαντᾶτε. — Cum accus. ἀπαντᾶν τι πρός τι, regerere (erwiedern) 9. b. [Ut verbum judiciale; *die dicta comparere* 24. a. e. 35. c. e. g. 41. e. 56. b.]

[ἀπειπεῖν not. 286.]

ἀπέχειν cum μή 12. b. — an cum nudo infinitivo 17. c [sed vid. not. ibid.]

ἁπλῶς Argum. 2, 9. Or. 16. c. 27. b.

ἀποδέχεσθαι probare, cum laude et gaudio excipere 6. b.

ἀποδιαιτᾶν τὴν δίκην, de arbitro, absolvere reum 24. f. 26. b.

ἀποδιδόναι, largiri, concedere ut jure fiat aliquid 5. b. Sic c. Aristocr. p. 638, 6. τοὺς ἐχθρὰ ποιοῦντας ἐν ἐχθροῦ μέρει κολάζειν ἀπέδωκεν ὁ νόμος. [11. g.]

ἀποκναίειν occidere *taedio* 41. b. vid. Moer. et Piers. p. 73. Ruhnk. ad Tim. p. 30.

Ἀπόλλων, in juramento 54. a.

[ἀποτίνειν 14. c. 16. c.]

— ἀγυιεύς 15. d. προστατήριος ibid. ἀποτρόπαιος 15. f.

ἀπολογεῖσθαι ὑπὲρ (ἐγκλήματος) 11. g. vid. ὑπέρ.

ἀποφαίνειν et ἀποφέρειν 24. f. [ἀποφαίνειν 26. b. 53. e.]

[ἀποφέρειν. ἀπηνέχθη exhibebatur ejus nomen judici ut aerario debentis 24. g.]

[ἀπράγμων forensium rerum rudis 24. d.]

* ἀπροσδόκητον rhetoricum 53. c.

ἀπρόσκλητος v. προσκαλεῖσθαι.

ἄρα post εἰ, ἐάν etc. 3. e.

Ἄργουρα, oppidum Euboeae 37. e. 44. e.

Ἀρίσαρχος Μόσχου, Nicodemi necis reus 29. a. b. 31. a. 32—34.

Ἀριστείδης saltator 17. d. e.

Ἀριστογείτων v. Ἁρμόδιος.

Ἀριστοκλῆς, trierarchus 45. d.

Ἀριστοφῶν 59. g.

Ἁρμόδιος καὶ Ἀριστογείτων, dona et privilegia illis concessa 46. c.

Ἄρτεμις 15. d.

ἄρχειν. ἄρξας, de Archonte, 48. a.

ἄρχεσθαι. ἠρξάμην, an ἠρξάμην λέγων, 32. a

Ἀρχετίων 37. e.

ἀρχή. μεγάλην ἀρχὴν εὕρηκώς 53. c. Recte, ni fallor, Reiskius proverbialem quandam hic locutionem agnoscit, et (in indice) comparat Philipp. II. p. 69, 1. ubi Philippus dicitur cum Thebanis potius et Argivis amicitiam fecisse quam

cum Atheniensibus ob hoc solum quod illos sciret propriam utilitatem communi Graecorum praeferre: tum pergit: Nam hercle triremes penes illos non videt plures quam penes vos; *οὐδ' ἐν μὲν τῇ μεσογείᾳ τιν' ἀρχὴν εὕρηκε τῆς δ' ἐπὶ τῇ θαλάττῃ καὶ τῶν ἐμπορίων ἀφέστηκεν.* Sane de vero hic dominatu sermo est; sed illud *εὕρηκε* proverbiale quid sonat: nam ita fere locum circumscripserim: „neque in mediterraneis subito praeclarum *sibi visus est invenire principatum*, cujus gratia maritimum illum jam missum faceret". Hoc itaque *ἀρχὴν εὑρηκέναι* videtur jocose transiisse ad alia quoque, maxime cum quis confideret se magnum quiddam et incredibile effici posse. Loco indicato igitur ad Midiam ita loquitur orator: „magnum profecto imperium, aut rectius artificium repperisses, si quae duo sibi sunt maxime contraria, conjungere valeres".

ἀρχιθέωρος 32. b. Ulpian. *ἀρχιθεωροῦντα λέγει ἄρχοντα θεωρόν. θεωροὶ δὲ ἦσαν οἱ τὰς θυσίας τοῖς ἔξω θεοῖς ἀποφέροντες.* Nota theoria ex historia Socratis.

ἄρχων. Archontes novem fuere, quorum princeps et praeses *ὁ Ἐπώνυμος*, ceteri *Βασιλεύς*, *Πολέμαρχος*, et sex *Θεσμοθέται* (vid. *θεσμοθέτης*). Horum *Ἐπώνυμος*, h. e. qui anno nomen dat in rebus gestis, per excellentiam *ὁ Ἄρχων* dicebatur; vid. not. ad 48. a. Sed 10. f. ubi post exemplum a thesmothetis petitum infertur: *καὶ πάλιν ὁ ἄρχων*, unumquemque e tribus illis, quoties negotium aliquod publicum administret (*ἐξεφανωμένον*), indicari censeo. — Archontum conclave (*οἴκημα*) memoratur 24. f. Ipsos autem qui ibidem et 25. g. h. introducuntur archontes e thesmothetarum numero fuisse statuit Hudtw. de Diaet. p. 82. n. 26. — De Archonte dies festos et ludos moderante vid. 4. a. 6. a. et 7, f. 48. a. cum notis.

ἀστράβη 37. d. vid. Exc. VII.

ἀσυγγνώμων 27. c.

ἀτίμητος δίκη 25. c.

ἄτιμος, ἀτιμία, ἀτιμοῦν 10. e. 24. h. i. 27. b. 28. c. 32. b. 49. b. Tres autem erant *ἀτιμίας* genera vel gradus, de quibus vide uberius trantantem Edu. Meier de Bonis Damn. p. 101 sqq. 103 sqq. 137 sqq. Horum gradnum summum designat vox *καθάπαξ* 10. e. 24. extr. qua omnia civis jura et ipsi reo et ejus liberis admittebantur. Cf. contra Aristog. I. p. 779, 6. *ἢ τοῖς ὀφείλουσι τῷ δημοσίῳ, ἢ τοῖς καθάπαξ ἀτίμοις, ἢ τοῖς πονηροτάτοις καὶ οὖσι καὶ δοκοῦσιν.*

* *ἀτοπία, πονηρία*, not. ad Argum. 2, 11.

αὐληταῖς χορηγεῖν 43. a.

αὑτῷ et *αὐτόν*. Excurs. X.

* *αὐτοσχέδιον* Not. ad 31. b.

αὐτόχειρ 17. extr.

[*ἀφιέναι δίκην τινί.* 23. e.]

ἀφορμή materia omnis, quae inservit alicui in rebus gerendis et in vitae genere. Itaque 38. b. indicantur quidem *divitiae*, sed non est ea vis vocis *ἀφορμή*, quod putabat Reiskius. [*ἀφορμὴν διδόναι εἴς τινα* 26. e.]

ἄχρι τοῦ μὴ — c. inf. 51. c. idem quod latine, *ita tamen ut ne* — cum conj.

βιάζεσθαι. Vulgatissima quidem hujus verbi significatio ad

personam refertur; et ita accusativo personae sive posito sive e superioribus intellecto infinitivus additus illud significat quod alterum *facere* cogo, ut *βιάζομαι* (*αὐτὸν*) *λέγειν*. Sed valet altera quoque verbi relatio ad rem; non tamen eam dico, qua res instar personae est; ut cum in nostra or. 16. e. dicuntur quidam *βιάζεσθαι τοὺς νόμους, vim facere legibus* h. e. contra eos agere; sed relationem ad facta potius, cum invitis aliis *aliquid fieri* vel *esse volo et vinco*. Ut cum dicit noster alicubi (v. Steph Thes.) *τοὺς μηδὲν προσήκοντας βιάζεται Ἀθηναίους εἶναι παρὰ πάντας τοὺς νόμους*, non hoc dicit, cogi hos ipsos ut cives fiant, sed personae hae sunt instar rerum et mens oratoris est, *niti* illum, et invitis legibus efficere, ut sint vel fiant. (Germ. *erzwingen*.) Et ita loco Infinitivi c. acc. additur verbo solus etiam accusativus rei, ut Xen. Hell. 5, 3, 12. *οἱ βιαζόμενοι ταῦτα* h. e. qui contra leges *haec ut fiant* nituntur. Quin suam ipsius etiam actionem aliquis dicitur *βιάζεσθαι*; ut ibidem post pauca verba *οἱ πριάμενοι καὶ βιαζόμενοι μὴ ἀποδιδόναι* „qui (injuste) emerunt et illud etiam vincunt, ut non reddant": et noster c. Aristog. I p. 781, 15. *δύο ἔτη βιάζεται λέγειν οὗτος οὐκ ἐξὸν αὐτῷ, ἀλλὰ λέγει γ' ὅμως*. Quo pertinet in nostra or. 12. a. *μὴ ἐᾶτε ταῦτ' αὐτὸν λέγειν, μηδ' ἂν βιάζηται* (sc. *λέγειν*) *πείθεσθε* h. e. „si tamen, vobis invitis, talia proferat". Denique transit plane significatio hujus verbi ab actione ad *orationem*. Ut cum ap. Plat. Sophist. p. 246. b. dicuntur quidam *νοητὰ ἄττα καὶ ἀσώματα εἴδη βιαζόμενοι τὴν ἀληθινὴν οὐσίαν εἶναι* h. e. quovis modo contra alios contendentes: cf. Heind. ad Cratyl. 104. idem de verbo *ἀναγκάζω* docentem. Et sic in nostra or. 56. a. *βιάζεται* refertur ad praecedens *ἔχθραν αὐτῷ πρὸς ἐμὲ εἶναι*, h. e. me invito et negante *hoc ita esse contendit*. [Vid. hoc verbum 5. a. 13. b. c. 16. e. 17. a. 41. d. 51. c.]

βιαίων νόμος Not. ad 10. h.

βιοῦν cum accusativo ejus, quod quis *per vitam agit:* vid. *ζῆν*. Hinc *ἃ βεβίωται αὐτῷ* 41. e.

Βλεπαῖος, trapezita 59. c. Cf. de eo Alexis ap. Ath. p. 241. c.

[*βοηθεῖν* vocabulum judiciale: patrocinari 3. c. 20. d. (cf. 22. a.) 30. c. 39. b. 56. a. *συνειπεῖν καὶ βοηθῆσαι* 56. d. 61. d. 62. b.]

[*βοήθεια* vocabulum judiciale 13. c.]

Βοιωτός interfectus ab Euaeone 21. c.

βοώνης 46. e.

βραβεύειν v. *καταβραβεύειν*.

γάρ, post *σημεῖον δέ*, post *τὸ δὲ μέγιςον*, post *ὃ δὲ* — vel *ἃ δὲ* — et sim. Not. ad 2. b. 10. i. 37. g.

γέ, an pro *γάρ* Not. ad 21. f.

γίγνεσθαι. *γέγονα τριάκοντα ἔτη*, XXX annos natus sum. 42. c. [*γενόμενος* not. 183. a.]

γιγνώσκειν statuere 20. d. not. — *ἔγνωκα* certum mihi est facere: sic Adv. Conon. p. 1258, 11. *ἐκεῖνο ἐγνωκέναι τολοιπόν, εὐλαβεῖσθαι καὶ φυλάττεσθαι*. Hinc *ταῦτα ἐγνωσμένα ὑπάρχει παρ' ὑμῖν* 12. a.

[*γραφή* v. Not. ad 9. c.]

δεῖν.

δεῖν. *τὸ δέον* interdum est *utile, exoptatum:* nobis *wie es sein soll.* 55. a. *ἄν τι τῶν δεόντων ἀπαγγελθῇ τῇ πόλει.*

Δεκέλεια 40. c.

Δελφοί. Oracula Delphica 15.

δή pro *οὖν* (contra Hoogev.) 36. c. *δεῖ δὴ —.* 50. g. *οὐ δὴ δεῖ —.* *καὶ — δή* 8. d. not.

[*δήμευσις τῶν ὑπαρχόντων* 12. d.].

δῆμοι τῆς Ἀττικῆς. Not. ad 24. c.

[*δημόσιος.* *δημόσιον* v. not. ad 14. b. *τὸ δημόσιον* publicum aerarium 14. c. 49. a. *δημοσίᾳ κρίνειν* 9. c. 24. c.]

Δημοσθένης. De eo vid. Argum. utr. — Paeaniensis 28. b. — adhuc adolescens; ejus mater, soror. 23. — XXXII annos natus tempore hujus or. 42. c. — munera factosque in remp. sumptus enumerat 42. 43. 44. — a tutoribus spoliatus 23. c. 43. b. — accusationes et suspiciones quaedam contra eum 28—31. — choragia ejus etc. 6. 7. et cf. Argum. utr.

δημοτελής 15. f.

διαγίγνεσθαι c. dat. *ἔτη ὀκτὼ διαγεγονότα τῇ κρίσει* 24. c. „litem pendere per hoc octo annos". Dativus iste insolens visus viris doctis firmatur exemplo, quod Budaeus in Comm. Gr. L. p. 1055. posuit e Plutarchi libro non memorato sumptum: *τούτῳ τῷ λόγῳ πιστευομένῳ πλέον ἢ χίλια ἔτη διαγέγονεν.* Cf. Demosth. c. Aphob. 1. p. 833. ubi dativus suppressus est, de tempore tutelae, *δέκα ἐτῶν διαγενομένων.*

διαίρειν. *διᾶραι τὸ στόμα* 20. a.

διαιτηταί 24. e. h. 25. i.

διακρούεσθαι, proprie *dispellere, amoliri:* hinc translate *evitare, eludere* 9. e. 36. d. et absolute, *evadere. elabi* 50. f. 54. extr. Cf. *ἐκκρούειν.*

[*διαλοιδορεῖσθαι.* *διαλοιδορηθεὶς* active 24. g.]

διδόναι offerre (s. de conatu) 24. f. 25. h. 31. a. 41. extr.

— *τὴν ἔρημον* 24. f. cognoscere secundum aliquem ob vadimonium ab altero desertum. Est itaque h. l. solum *διδόναι pronuntiare secundum:* nam Romanis *dare* est *pronuntiare* tantum, unde *dare secundum* et *dare contra.* Vid. Brisson. de Verb. Signif. in v. et cf. Budaeus in Comment. p. 41. ubi de hoc ipso loco nostro agit.

διεξέρχεσθαι transitum alias est verbum, neque aliter in lexicis explicatur: pertransire, percurrere, enarrare [ut 31. g.]: sed §. 24. e. indubium est alterius significationis exemplum *πάντα ἤδη διεξεληλύθει τὰκ τῶν νόμων, ὑπωμοσίαι κ. τ. λ.* *praeterierant, facta fuerant,* ut recte in indice Reiskius; cujus tamen tumultuariam operam mirare, eandem plane dictionem de Philippi machinis usurpatam Olynth. II. p. 19, 17. et ad Phil. Epist. 153, 7. illic transitive, istic intransitive explicantis; quorum utrumque utrobique per grammaticam sane rationem licet; sed nostrae orationis locus rem decidit. Conferantur autem semel compositae formae, *διελήλυθεν* et *ἐξελήλυθεν,* quarum utraque intransitive de tempore expirante usurpatur. Vid. Reisk. Ind.

δικάζεσθαι, de privato judicio 9. d.

δίκαιον jus, juris titulus 48. a.

δίκαιός εἰμι c. inf. 10. g. 27. c. et extr. 39. b. 46. a. 58. b.

[δικαστήριον 1. c. not.]
[δίκη not. ad 9. c. cf. 9. f. δίκη παρὰ τῶν φίλων 33. a. δίκην διδόναι τινὸς et ὑπέρ τινος 31. g. 47. a. h.]
Διοκλῆς, Iphicratis inimicus 18. d. indutias cum Thebanis in Euboea facit. 47. b.
Διονύσια 3. f. 4. e. 18. g. 48. a. Cf. Argum. atr. et vid. Exc. I.
Διονύσου ἱερόν. Cf. ἐκκλησία. Διονύσῳ ἱερά 15. f.
Διότιμος Εὐωνυμεύς, homo dives. 57. a.
[διωθεῖσθαι 33. c.]
Διώνη 15. e. Exc. IV.
δοκιμάζειν, de examine adolescentium in viros transeuntium 43. b. — de examine ante honorem senatorium. 31. f.
Δωδώνη. Dodonaea Oracula 15.
δωρεά et δῶρον, hoc de corruptione 31. b. illud honorificum semper vocabulum 45. a. 46. b, c. f. Sed Paus. 10, 34. δωρεά de corrupt.

ἐᾶν. ἐῶ εἰπεῖν et ἐῶ εἰ —. 34. c.
ἑαυτόν v. αὐτόν.
-ει an ῃ in 2. persona pass. 55. not.
εἰ pro ὅτι post εἰδέναι 13. c. post αἰσχύνεσθαι 29. b. — εἰ μὴ cum fut. ind. pro optativo 37. b 58. c. — εἰ δὲ μή post negationem 14. b. — εἰ ἄρα vid. ἄρα.
εἰδέναι cum acc. et ὅτι. Not. ad Arg. 2, 8. Cf. ἀκούειν. Eadem structura cum εἰ 23. c.
εἶναι. ὅπερ ἐστιν id quod verum est 41. d. μὴ οὖσα sc. δίκη 25. c. [Vid. Exc. XIII.] ᾖ post part. ἄν omissum 14. b.
εἵνεκα 44. a.
εἰπεῖν τινα κακά. Not. ad 23. d.
εἴργειν 44. a
εἰς vid. καθέζεσθαι.
εἷς. ἓν οὐδέν 5. d. c. not. καθ' ἕνα etc. v. κατά.
εἰσάγειν. [Apud Athenienses magistratus ita participes erant jurisdictionis, ut τὴν ἡγεμονίαν δικαστηρίου haberent. ad eos enim deferebantur causae, quas cognoscerent et judicio, ex civibus Atheniensibus composito, traderent, ut de iis decerneretur. Sic magistratus εἰσαγωγεῖς δικῶν dicuntur sive εἰσάγειν τὰς δίκας scil. εἰς δικαστήριον, εἰς δικαστάς. Ut autem interdum accusator *condemnare* dicitur reum, ita etiam εἰσάγειν accusator dicitur. V. Meier. et Schoem. p. 25 sqq. Priore modo usurpatum hoc verbum legimus 2. a. 14. b., altero modo 11. f.]
εἰσαγγελία accusatio in causa publica et gravi apud senatum vel populum 34. a.
εἰσέρχεσθαι, εἰσελθεῖν, εἰσιέναι, Verbum judiciale de c a u s a quae judicio agitari incipit: τότε μοι μελλουσῶν εἰσιέναι τῶν δικῶν 23. c. ubi Ulp. τὴν δίκην ὡς πρόσωπον ἐποίησεν, εἰσιέναι εἰπών: inepto: non enim Demosthenes sed forum atticum hanc prosopopoeiam usurpabat. Vid. Reisk. in Ind. et Plat. Crito 5. ἡ εἴσοδος τῆς δίκης. Dicebatur autem de a c t o r e quoque εἰσέρχεσθαι ut 24. a. οὐδέπω καὶ τήμερον εἰσελθεῖν δεδύνημαι, et addito accusativo litis ὁ δεῖνα εἰσέρχεται δίκην ταύτην, vid. locum ex or. in Aphob. supra in voce ἀντιδιδόναι, et s. καταχειροτονίαν (vid. h. v.)

3. b. Item de reo, ut 47. g. εἰσελθόντα δὲ εἰς τὸ δικαστήριον ἐβούλεσθε — ζημιῶσαι: add. 48. c. bis. 57. b. Quin de judicibus etiam 58. c. absolute εἰσεληλύθατε.

εἰσιτήρια 32. b. Ulpianus: Ἐγίγνετο θυσία μελλούσης εἰσιέναι τῆς βουλῆς εἰς τὸ βουλευτήριον, ὥστε κατὰ γνώμην ἀπαντῆσαι τῶν πραγμάτων τὴν σκέψιν καὶ ταύτην ἐκάλουν εἰσιτήρια.

[εἰσπράττειν τινά τι exiger. aliquid ab aliquo 5. a. 23. f]

εἰσφέρειν, εἰσφορά vid. προεισφέρειν.

ἕκαστος. καθ' ἕκαστον vid. κατά. [ἕκαστος αὐτὸς not. 511. d.]

[ἐκβάλλειν scil. de foro 24. i. v. Meier. et Schoem. p. 563. cf. 32. c. 40. c. προσεκβάλλειν 34. c.]

ἐκδιδάσκειν χορούς 17. b.

[ἐκδιδόναι 8. g.]

[ἐκκεῖσθαι 28. b.]

ἐκκλησία ἐν Διονύσου 3. f. 4. d.

ἐκκλησιάζειν. Augmentum hujus verbi, not. ad 52. c.

ἐκκρούειν 24. b, ubi minus bene accusativus personae intelligi solet (deturbat, cludit me), cum plane ut διακρούεσθαι ad rem, causam, spectet et hic, et alibi hoc semper sensu: *rejicit, extrahit, differri facit rem.* Adv. Boeot. II. p. 1021, 23. τὴν δίκην ὅτι πλεῖστον χρόνον ἐκκρούειν βουλόμενος: et absolute De f. L. p. 385, 26. ἐκκρούσας οὗτος εἰς τὴν ὑστεραίαν. Cf. Hdf. ad Theaet. 30. Protag. p. 336. c.

ἑκουσίᾳ vox dubia 12. c.

ἐκτίνω, ἐκτετισμένος 3. extr. not. [12. d. 13. a. 14. c. 25. b.]

ἐλαύνειν τινά vexare, exagitare 19. b. 31. g. 37. b. e. g. 47. a.

Ἐλευσίς. Domus ibi Midiae 43. d.

ἐλινύειν 15 f.

ἕλκειν τινά 60. extr. τὸ τῆς φύσεως βάρβαρον ἕλκει αὐτόν. 41. d. not.

[ἐμποδὼν ποιεῖσθαί τινί τι 29. b. cum not. 269. a.]

[ἐμπορικὴ δίκη 47. f. v. Meier. et Schoem. p. 539 sq.]

ἐν ὑμῖν 2. b.

ἐναντιοῦσθαι pro κωλύειν Not. ad 7. a.

ἐνδεικνύναι, ἔνδειξις 49. a. delatio hominis qui lege vel judicio sive ab aliquo loco sive a certis actionibus exclusus, in vetito tamen deprehenditur. [v. Meier. et Schoem. p. 239 sqq.]

ἔνδηλος 54. a. idem quod δῆλος, manifestus. Dubitatum est olim de hac voce in notis ad Hesychium e. ad h. l. aliique ἔκδηλος, alii εὔδηλος malebant. Sed ascripsit huic loco Spaldingus postea alios hosce: Plat. Gorg. p. 524. b. Thuc. 3, 36. Soph. Ant. 405. Alia quaere ap. Sturz. in Lex. Xenoph. Immo εὔδηλος rarissimum est extra illum quidem usum, qui est in nostra or. 50. f. ubi εὔδηλον ὅτι respondet illi, quod alio contextu usurpatur, εὖ οἶδ' ὅτι.

ἔνδον, domi. ἔτ' ἔνδον οὖσα 23. d. quae nondum nupsit.

ἔνεστί μοι λόγος 12. a. vid. not.

[ἐνεχυράζειν arrham ab aliquo capere 4. c.]

ἕνη καὶ νέα Not. ad 24. h. et Exc. VI.

ἔνορκος, 10. h. ἔνορκα ταῦθ' ὑμῖν ἐστι καὶ ἄλλως δίκαια. Ita nos ibi rescripsimus pro vulgato antea εὔορκα. Quanquam non ita facilis ubique inter duas formas dijudicatio, quoties de rebus non de hominibus usurpantur. Est autem ἔνορκον, ad quod jurejurando astricti sumus, εὔορκον id quod jusjurandum sancte servantes facimus. Ἔνορ-

κα itaque sunt jura, leges, deposita, et similia; εὔορκα autem singulae actiones, quae ratione habita jurisjurandi fiunt. Ita recte legitur ubique (vid. Reisk. Ind.) εὔορκα ψηφίζεσθαι, τὰ εὔορκα γνῶναι: sed absurdum foret dicere τὸ φυλάττειν τοὺς νόμους εὔορκον εἶναι. Immo ἔνορκον hoc cuique civi et maxime judici: qui, ut ait Demosth. adv. Aristog. p. 773, 5. omne quod justum est et utile civitati, eo die quo judex factus est, παρακαταθήκην ἔνορκον ἔλαβε. Quam proclivis autem jam olim librariorum in hac forma lapsus fuerit, inde nosces, quod ap. Xenoph. Hell. 6, 3, 18. (7.), ubi absurdius etiam foret εὔορκον, opus tamen fuit omnes libros deserere. Cf. supra de ἔνδηλος et εὔδηλος.

[ἐνοχλεῖν molestum esse, interpellare 38. d. Rei judicibus ἐνοχλεῖν dicuntur, cum illorum gratiam precibus sibi conciliare student. 2. b. cf. 51. c. Ii quoque, qui honorum gratia populum sibi conciliare studeant, ἐνοχλεῖν dicuntur; e. g. Demosth. Prooemia p. 1461. οἵ τε χρηστοὶ μὲν ὑμῶν καὶ δικαίως ἄρχοντες, μὴ πάνυ δ' οἷοί τ' ἐνοχλεῖν καὶ παραγγέλλειν, οὐκ ἀπηλαύνοντο τῶν τιμῶν.]

[ἐξάγειν 22. a]

ἐξειπεῖν τινα κακά pro κακῶς εἰπεῖν τινα, sed cum adjective ad κακά, 23. d. Formae insolentiam notarunt viri docti: qui tamen non haesissent, opinor, si invenissent εἰπεῖν, λέγειν τὸν δεῖνα κακά, ut est 33. e. αὐτόχειρα καὶ τὰ δεινότατα αὐτὸν εἰρήκει. Mem. Socr. 2, 2, 9. ὅταν ἀλλήλους τὰ ἔσχατα λέγουσιν. Atqui ἐξειπεῖν hic nihil valet nisi εἰπεῖν, ita tamen ut illa praepositio sentire faciat audaciam talia *eloquentis*. Et en tibi Euripidem apud quem in Electra 520. Clytaemnestra ita ad filiam: καίτοι πολλὰ πρὸς πολλούς με δὴ Ἐξεῖπας, ὡς θρασεῖα καὶ πέρα δίκης Ἄρχω.

* ἐξεκκλησιάζειν Not. ad 52. c.

ἐξετάζεσθαι, proprie *examinari, recenseri:* hinc, in examine, in recensione vel praesto esse, vel se exhibere: tandem simpliciter *praesto esse, reperiri* 44. b. — *se exhibere* (φαίνεσθαι, *erfunden werden, sich beweisen*) 55. a. ἐχθρὸς ἐξεταζόμενος 19. a. inimicum se gerens. Hinc ἀνεξέταστον 59. a. non probe cognitum, non exploratum. Cf. συνεξετάζεσθαι.

[ἐξιστάναι αὐτοῦ 21. d.]

ἐξόριστον, φυγάδα. Δημοσθένης. *SUID.* Et sic Pollux etiam et Hesychius, convenienter verbo ἐξορίζειν. Nam ex ipsis scriptoribus aliunde enotatam vocem nondum inveni. Est igitur ἐξόριστον ἀνῃρῆσθαι 29. c. in fuga, in exilio perire. Cf. ibid. b. καὶ μηδὲ ταφῆναι οἴκοι.

ἐξορκοῦν 19. a.

ἐξούλη. Derivatur vox ab εἴλειν quod antiquiori lingua idem fere fuit atque εἴργειν. Ἐξούλη itaque est, cum quis ἐξείργεται, et quidem potissimum cum vi ejicitur vel excluditur ab eo quod suum est. Harpocr. Ἐξούλης· ὄνομα δίκης ἣν ἐπάγουσιν οἱ φάσκοντες ἐξείργεσθαι τῶν ἰδίων κατὰ τῶν ἐξειργόντων. δικάζονται δὲ ἐξούλης κἀπὶ τοῖς ἐπιτιμίοις (poena a judice irrogata iis, qui causa cecidissent) οἱ μὴ ἀπολαμβάνοντες ἐν τῇ προσηκούσῃ προθεσμίᾳ (die praestituto), ὑπερημέρων γιγνομένων τῶν δικασθέντων. οἱ δὲ ἁλόντες ἐξούλης καὶ τῷ ἑλόντι ἐδίδοσαν ἃ ἀφῃροῦντο αὐτοῦ,

καὶ τῷ δημοσίῳ κατετίθεσαν τὰ τιμηθέντα. Vides grammaticum secernere ab eo quod generaliori sensu dicatur δίκη ἐξούλης (quae latine esset actio *unde vi*) peculiarem aliquam speciem ex genere *rei judicatae* h. e. cum quis judicatum non facit nec alteri dat quod ex sententia judicis dare debet. Ex hoc genere potissimum erat *poena non exsoluta* vid. nostr. or. §. 13. a. et exemplum talis actionis memoratum §. 24. a. c. Alias species dabunt Pollux 8. cap. 6. Suidas in v. Ex quibus locis natae sunt quaestiones quas dirimere studet Boeckhius in Comment. de Metallis in Laurio (Abhandl. d. Akad. z. Berl. 1814. 1815. p. 132. 133.) et in libro Staathaush. d. Ath. p. 404—6. Mihi illud ipsum non satis certum videbatur, an revera generalior illa ἐξούλης notio in foro attico locum habuerit; cujus rei, praeter etymologiam, nullum idoneum testimonium reperiebam. Suspicor itaque propriam illam vel simplicem per vim expulsionem comprehensam fuisse δίκῃ βιαίων, de qua Harpocration ita: ὄνομα δίκης κατὰ τῶν βίᾳ πραττόντων ὁτιοῦν: ab ea autem usu fori et legibus Atticis secretas et peculiari actioni, ἐξούλης nomine, inclusas fuisse causas eorum, qui prohiberentur a possessione ejus quod auctoritate publica sive diserte iis tributum esset (quo pertinet etiam poena actori non persoluta), sive in quod jus illis esset nitens ejusmodi transactionibus, de quarum fide prae aliis cautum esset, quales sunt jus pignoris, de publico emptiones et redemptiones, alia. Sed de his viderint peritiores. Interim in subsidium meae opinionis illud ipsum afferam, quod contra eam directum est. Ita enim Harpocration in fine articuli jam memorati de ἐξούλῃ: ὅτι δὲ ἐπὶ παντὸς τοῦ ἐκ τῶν ἰδίων ἐκβαλλομένου τάττεται τοὔνομα, καὶ οὐχ ὡς οἴεται Καικίλιος μόνος (f. μόνον) τῶν ἐκ καταδίκης ὀφειλόντων, καὶ Φρύνιχος ἐν Ποαςρίαις δῆλον ποιεῖ. Caecilius hic est Calactinus ille Siculus, rhetor doctissimus, qui Augusti aetate vixit et de quo vid. Vossius et Fabricius. Apparet itaque illo etiam aevo, quo tot libri superstites erant, exempla latioris illius significatus nulla inventa esse. Nam de unico illo quod Harpocration indicat varie suspicari licet: quippe ludere potuit Comicus in significatione vocis litterali, aut, si hoc non admittis, exemplum ibi potuit esse ex numero ceterarum, quas praeeuntibus grammaticis attigimus, ἐξούλης causarum, cum, nimium angusto utique sensu, Caecilius ad solas res judicatus eam referret [v. Meier. et Schoem. p. 485 sqq.]

[ἐπεξιέναι 14. c. 31. a. 33. a. d. 35. a.]
[ἐπέχειν inhibere, reprimere 5. c. ἐπέχειν τὴν δίαιταν 24. e.]
ἐπί. ἡ ἐπὶ τῆς πομπῆς πρόφασις 48. d. praetextus qui est *in pompa*, aut inde petitur. χάριν τινὶ ἀποδιδόναι ἐπὶ τοῦ βοηθεῖν 20. d. h. e. eo ipso quod opitulamur illi. [ἐφ' ἑαυτῷ λαμβάνειν v. not. ad 13. c. φρονῶν ἐφ' ἑαυτῷ 18. e.]
ἐπιβολή 48. b. *multa arbitraria*, qualis intra certam summam permissa erat ei magistratui, qui lites introduceret.
ἐπιδιδόναι, ἐπίδοσις 44. a. b. c. d. cum not 388. 45. c. [ἐπίδοσις πλέουσα 45. a. cum not. 398. b.]
[ἐπιδρομή impetus ex improviso factus 38. c.]
[ἐπινίκια 16. b.]
ἐπίτιμος, ἐπιτιμία 18. b 26. b. 27. b. 30. b. omnibus his locis ἐπίτιμος nihil est nisi ὁ μὴ ἄτιμος; neque apparet cur solo primo loco Reiskius in indice de honoris publici functione vocem explicet: cum manifesto ibi quoque hoc nomine Demosthenes se ipsum opponat duobus ἀτίμων exemplis §. 17.
ἐπιτρέπω ἐξεῖναι 15. extr. not.
Ἐπώνυμοι 28. b. Ulpian. ad Leptineam: Ἀνδριάντες ἦσαν τῶν ἡρώων, ἀφ' ὧν καὶ αἱ φυλαὶ ἐπώνυμοι ἦσαν. V. mox Ἐρεχθηΐς. Collocatae erant hae statuae in Ceramico urbico prope curiam Quingentorum. Exponebantur autem ante has statuas leges rogandae et quicquid cum populo debebat communicari. Cf. F. A. Wolf. in Proll. ad Lept. p. 133. — De ἐπωνύμῳ archonte vid. ἄρχων.
ἔρανος 27. d. 50. b. pecunia collata ad communes usus. De variis ejusmodi ἐράνοις vid. Boeckh. Staatsh. d. Ath. I. p. 264. et quos ille laudat. Conferatur etiam, ob alias variis locis a nostro oratore ex ἐράνῳ ductas sententias et comparationes, Reiskii Ind. Dem. Vid. et infra πληρωτής. [Cf. not. ad 27. d.]
Ἐρεχθηΐς 20. a. tribus ab Erechtheo nominata: cf. Ἐπώνυμοι.
ἔρημος auxilii inops 23. e 31. g. ἐρημία 26. b.
— ἐρήμος sive ἐρήμη sc. δίκη vadimonium desertum, cum quis, quod ajunt jurisconsulti, *contumax* est. 24. f. h. 25. f. h. εἷλον ἐρήμην 24. a. reum ut contumacem damnare feci; ἔρημον ὦφλε δίκην 24. i. de condemnato.
Ἑρμῆς. οἱ ἑρμαῖ 40. e. cippi impositis capitibus Mercurii aliorumve deorum, per urbem in plateis vicisque erecti. Cf. Meurs. Ath. Att. 1, 1.
-εσσι male pro -αισι 15. c. not.
ἑστίασις τῆς φυλῆς 43. b.
Ἐτεοβουτάδαι 49. a.
Εὐαίων, Leodamantis frater 21. c.
Εὔανδρος 47. e. sq.
Εὔβοια. Euboica expeditio 31. 44. b. alia ibidem contra Thebanos 47. b.
Εὔβουλος 56. cum not. ad 29. a. et ad 56. a.
εὔδηλος v. in ἔνδηλος.
Εὐήγορος, auctor legis cujusdam circa pompas et theatrales ludos 4. c.
Εὐθύδημος, trierarchus 45. a.
Εὔθυνος, luctator 21. b. Vid. autem de hoc nomine et altero Εὐθύνους Exc. V.
Εὐκτήμων, trierarchus 45. a. d. — alius, sycophanta 28. b. 38. d.

ἱερομηνίαν ita tantum differre ut illud ipsam sacram sollemnitatem, hoc tempus, diem festo consecratam significet (nobis, *ein Fest*; et, *ein Festtag*). Vocabulum autem non a voce μήν arcessendum (unde interpretationes quaedam falsae apud grammaticos, sed a voce μήνη, *luna*, cujus composita certam lunae phasin indicant, ut νουμηνία, διχομηνία, atque hinc *diem* quoque mensis certum. Nam vox ipsa *luna*, *ein Mond*, antiquitus etiam diem aliquem mensis significabat, ut *quarta*, *quinta luna*, h. e. quarta, quinta lunae phasis, h. e. quartus, quintus mensis lunaris dies. Ἱερομηνία itaque, *luna sacra*, *ein heiliger Mond*, est *dies festus*, *ein Feiertag*.

ἱεροποιός, ἱεροποιῆσαι 32. c. 46. e. Ulp.: Ἱεροποιόν, τὸν ἐπισκοποῦντα τὰ θύματα, μὴ ἀδόκιμα καὶ πηρά. it. τὸν ἐποπτεύοντα τοὺς μάντεις ὅτε θύουσιν, μή τί που κακουργῶσιν ἐν ταῖς θυσίαις. Erant autem in magistratuum numero ἱεροποιοί, decem numero: a quibus diversi erant peculiares τῶν σεμνῶν θεῶν ἱεροποιοί, quorum numerus indefinitus erat. Vid. Etym. M. Pollux, et Intpp. ad Hesychium.

ἱερός. ἱερὸς νόμος 10. i. ἱερὰ ἐσθής 7. c. ἱερά neutr. absolute: vid. not ad. 40. e.

Ἰθεῖαι χεῖρες Not. ad 15. d.

[ἰθύνειν 15. c.]

ἵππαρχος, ἱππαρχεῖν 45. b. 44. e. 46, e. f. 47. a. c.

Ἱππόνικοι plures 40. a.

ἴσως in re certa 36. a.

Ἰφικράτης 18. d.

κάδος 37. d.

καθάπαξ v. ἄτιμος.

[κάθαρμα 50. c.]

καθέζεσθαι. Observent tirones, hoc verbum, item καθίζειν neutrali sensu, saepius praepositionibus motum in locum indicantibus, maxime praepositioni εἰς jungi, ubi aliarum linguarum usui casus quietem indicans familiarior est. E. g. Xen. Cyrop. 7, 4, 3. (4) καθεζόμενος εἰς τὸ μέσον σὺν τῇ στρατιᾷ ἐκάλεσεν ἀμφοτέρων τοὺς ἐπικαιρίους. Ejusd. Hell. 7, 1. 22. (32.) οὐδὲ εἰς τὸ συνέδριον ἤθελε καθίζειν. Mem. Socr. 4, 2, 1. εἰ δέ τι βούλοιτο διαπράξασθαι, ἐκάθιζεν εἰς ἡνιοποιεῖόν τι. Herod. 8, 71. συνδραμόντες ἐκ τῶν πολίων ἐς τὸν ἰσθμὸν ἵζοντας. Ubi Valckenarius attendere jubet ad illud quod mox sequitur ἱζόμενοι δὲ ἐν τῷ ἰσθμῷ, et in priori loco ἵζοντο vertere *sessum ibant*. Recte quidem ille, nisi quod non semper tam studiose omnia actionis alicujus momenta reddit lingua. Ita non minus recte Latini, *consederunt in Isthmo*, *consedit in taberna*. Neque Valckenarius valuisset similem, ut in Herodoti locis, differentiam monstrare inter duos nostrae orationis hosce: 59. d. ἐν ἱερῷ οἱ ταῦτα κρίναντες καθεζόμενοι διέγνωσαν. 62. b. καὶ προκατέγνωκεν ὁ δῆμος τούτου εἰς ἱερὸν καθεζόμενος.

καθῆσθαι. οἱ καθήμενοι qui sedent ad audiendum oratorem, ad quos directa est oratio 8. a. [32. d.] Cf. Philipp. 2. p. 66, 12.

καθίζεσθαι κελεύειν 16. c.

[καθίςασθαί τι πρός τινα 25. c.]

gitur, ut Adv. Aristog. I. p. 799, 26. *οὐ γὰρ δήπου γε καθ' ἕνα ὑμῶν ἕκαστος πορεύσεται.* ibid. p. 782, 22. *καθ' ἕνα ὑμῶν παρ' ἑκάστου δίκην λαμβάνει.* Ex illis autem loquendi formis, quibus *καθ' ἕνα* revera est loco accusativi, derivata est illa inferioris aetatis barbaries, qua *καθ' εἷς* quoque in nominativo dicebatur: vid. Lucian. Soloec. 9. et ibi Graevium.

κατά. *οὐ κατὰ* cum acc. 46. b. „non ea ratione qua —" h. e. non ita magnum vel parvum quam —.

καταβραβεύειν 25. h. Non ita vulgare est hoc verbum, ut tanta cum fiducia pronuntiare potuerit Hudtwalker (de Diaetet. p. 62. not.) *nunquam* significationi illius admixtam esse notionem injustitiae. Nam absque hoc loco esset, et e sequiore graecitate aliquot: Coloss. 2, 18. Schol. ad Il. α, 399. Eust. ad eund. locum p. 93, 33. (hi duo ex eodem, ut apparet, fluxerunt mythographo aliquo): et vix aliunde quam e lexicographorum glossis hoc verbum nossemus (vid. Hesych. et ej. intpp.): de re autem judiciali hoc unicum, ni fallor, exemplum est. Jam si locum Apostoli inspicias, videas verbum usurpatum de iis qui falsa sanctitate vere religiosos vincere student; si nostrum, de Midiae technis illis. Ut non levis sit suspicio, verbum in translato sensu aliter usurpari non potuisse, quam de eo, qui *debitam* alteri victoriam eripit. Neque me quidem judice ex ipsa verbi derivatione alius sensus facile potuit enasci: nam quae artes athletas in certamine, non eaedem virum etiam bonum in hominum commerciis neque in judicio decebant.

καταγελᾷν sine casu 41. extr.

καταγίγνεσθαι (rara vox) versari, degere 8. g.

[*καταγιγνώσκω* 15. b. et ibi not.]

[*καταδιαιτᾷν* 24. e. f. 25. f. 26. b]

καταδικάσασθαι 47. f. ubi Ulp.: *Ἄλλο καταδικάσας, καὶ ἄλλο καταδικασάμενος, τὸ μὲν γὰρ κυρίως ἐπὶ τῶν δικαζόντων δικαστῶν· τὸ δὲ ἐπὶ τῶν νικώντων τὰς δίκας, καὶ αἰτίων γιγνομένων τοῦ καταδικασθῆναί τινα.* Vid. Gramm. §. 122, 8.

καταδύεσθαι, καταδῦναι. Nimis gravem sensum huic verbo in loco 54. b. tribuit Reiskius in indice, de Homerico illo *τότε μοι χάνοι εὐρεῖα χθών* cogitans. *Καταδῦναι* est *subire,* ut turbam, loca abscondita; et ita de eo usurpatur qui paulo modestior factus est, neque omnium oculos in se convertere amat. Vid. similes locos ap. Schneid. in Lex.

[*καταλείπειν* scil. *τὴν δίαιταν* ad arbitrium haud venire, vadimonium deserere. 25. g.]

κατάρχεσθαι 32. b

κατασκευάζειν fingere, comminisci 37. f.

κατατιθέναι deponere, hinc *pendere, persolvere* 14. d. 41. f. 42. a. *ὄφλημα καταθεῖναι* debitum solvere 27. b. Vid. Edu. Meier. de Bon. Damn. p. 142.

καταφέρειν pro *ἀναφέρειν* 25. i. suspectum.

καταχειροτονία 3. b. 33. d. 47. g. 54. b. damnatio quae fiebat a populo in comitiis. Vid. de ea Schoemann de Comitiis p. 239. *καταχειροτονίαν εἰσέρχεσθαι* 3. b. idem est ac *δίκην ἤδη καταχεχειροτονημένην εἰσέρχεσθαι* (v. hoc verbum):

33. d. *κἂν ἐγὼ προδῶ τὴν ὑμετέραν καταχειροτονίαν* h. e. si non persequar eam, *μὴ εἰσέλθω*.

καταψευδομαρτυρεῖσθαι 38. a.

καταψηφίζειν in vulgata §. 26. d. scriptura accusativo junctum.

κατηγορεῖν cum acc. rei [12. c.] 24. h. cum not. [et Exc. XIII.] 38. a.

* *κενοτάφιον*. Problema juridicum de cenotaphio Argum. 2, 8.

κέρματα etiam de majori pecunia 31. a. not.

κινδυνεύειν videri 56. a. Vid. Ind. ad Plat. Menonem.

[*κίνδυνος* v. *ἀγών*.]

Κλέων, trierarchus 45. d.

[*κληρονόμος τῆς δίκης* qui loco alterius satisfactionem seu poenas ab aliquo violatore repetere debet, ad quem devolutum est jus poenas repetendi. 8. e.]

κλητήρ 24. h. qui et *κλήτωρ* dicitur, est apparitor, a quo in jus vocari reum oportebat, quique si vel ipse actor reum, in jus vocandi causa, conveniret, comitabatur actorem, suumque nomen accusationi ascribebat. Propterea etiam testis significationem habet vocabulum; derivatam tamen illam solum, ut mihi quidem videtur, et indicat Harpocration in h. v. *ἔδει γὰρ παρεῖναί τινας ὥσπερ μάρτυρας τῆς προσκλήσεως*. *SPALD*. Contra sentit Hudtwalker p. 28. not. qui *κλητῆρας* hos non apparitores sed veros testes esse statuit; et ita Schneider quoque in Lexico, qui *subscriptorem* latine dici monet. (Meier. et Schoem. p. 576 sqq.]

κλώζειν 62. a. exprimit alias vocem gallinarum *κλό* vel *κλού*. Ea autem populus quoque utebatur *πρὸς τὰς ἐκβολὰς τῶν ἀκροαμάτων ὧν οὐχ ἡδέως ἠκροῶντο*, ut ait Harpocration.

κνισσᾶν ἀγυιάς vel *ἀγυιᾶς* 15, b.

Κολωνός, δῆμος. Hinc *Κολωνῆθεν* 18. g.

κόνδυλος 21. d.

κονιορτός, cognomen ignominiosum 28. b. 38. d.

κόῤῥη. *ἐπὶ κόῤῥης* 21. d.

κορυφαῖος, in choris, 17. d. ubi vox haec additur alteri *ἡγεμών*, suspecta ideo Reiskio. Sed cf. Boeckhii librum de Graeca Tragoedia p. 60. et Boettigeri Prolus. Quid sit Docere fabulam, 1795. p. 8. not. Quibus ducibus colligas, *τῶν ἡμιχόρων* et *τῶν στίχων καὶ ζυγῶν*, quae sunt partes quaedam chori, fuisse *ἡγεμόνας* quosdam, atque ob hoc ipsum totius chori ducem dictum fuisse *κορυφαῖον* vel plenius, ut hic, *ἡγεμόνα κορυφαῖον*.

Κρατῖνος, imperator 37. c.

κρίνειν. Praeterquam quod de judice proprie usurpatur hoc verbum (in nostra or. 59. d.), latius etiam patet idem, diciturque de eo quoque qui reum facit aliquem. Sic Pro Cor. p. 230, 7. de Aeschine dicit noster *κατηγορεῖ μὲν ἐμοῦ, κρίνει δὲ τουτονί* (*Κτησιφῶντα*) h. e. me quidem accusat, sed hunc revera reum facit. Ita in nostra or. 56. e. *τοὺς ἄλλους ῥᾳδίως κρίνων, ἐμὲ μηδὲν ἔχεις ἐφ' ὅτῳ τοῦτο ποιήσεις*. 9. e. *οὐχὶ δημοσίᾳ κρίνων αὐτόν*. Add. 59. e. item: *ὁ κρινόμενος ὑπὸ Δημοσθένους* 8. g. 24. c. Et ab solute *κρίνεσθαι, ὁ κρινόμενος* 18. g. 53. b. 38. a.

κριταί not. ad 1. a. Vid. et [3. b. 7. f.] 8. [a.] b. 19. a.

Κτησικλῆς 48. c.

[*Κτήσιος Ζεύς* 15. f.]

ὅσα οὖν, οὕτω τούτων ἐχόντων, προσῆκε —: plane ut in illo quod e Pausaniae loco mihi nondum invento attulit exemplum Devarius: ἀφικομένων δὲ τῶν ἀγγέλων, ὡς οὖν τὰ γράμματα ἀπεδόθη, συνήγαγε τοὺς ἐν τέλει· junge: ὡς οὖν, ἀφ. τ. ἀγγέλων, ἀπεδόθη τὰ γρ.

οὗτος pro ἐγώ not. ad 22. d. — τοῦτό vid. seorsim.

οὕτω, οὕτως post particip. 20 b. 42. a. [ita legendum 52. c.] Add. Ind. in Plat. Men. etc. —, δεικτικῶς cum gestu aliquo imitante, Not. ad 52 d — vel ὁτωσί, ethicum, ut 21. b. ἐν διατριβῇ ὅτως ἰδίᾳ, ubi praeter rem viri docti hanc vocem sollicitarunt, quae ejus maxime loci est. Cum enim de athletis ibi sermo sit, id potissimum agit orator ut nequis credat, congressos esse illos in certamine; quo pacto minus mirum foret si, dum alter alterum prosternere studet, δεινόν τι accidisset. Quare non satis habet ἰδίᾳ dicere, sed addit οὕτως istud, quo rem *consuetam*, *quotidianam*, *obviam* omnium ferme linguarum sermo familiaris designat. Vid. Heind. ad Plat. Gorg. 127. Et sic hic etiam 33. c. καὶ ἐφεξῆς οὑτωσὶ καθεζόμενος. Olynth. I. p. 14. ult. ὑμεῖς δὲ οὕτω πῶς ἄνευ πραγμάτων ταῦτα (pecuniam) λαμβάνετε εἰς τὰς ἑορτάς Horat. 1. Sat. 2, 106. positum sic *tangere nolit*, Cf. Plat. Alcib. II. p. 148. b. ἐγὼ μὲν οὐδὲν ἂν ἔχοιμι σοι εἰπεῖν οὕτως h. e. sic non praeparatus.

Diversum, quamvis ejusdem originis, est οὕτως *mirantis* vel *indignantis*, ut 27. b. ἁπλῶς οὕτως ἠτίμωται.

ὀφείλειν τινί τι, culpam commeruisse in aliquem 23. a. ὃ αὐτῷ προωφείλετο „quod in eum delictum, necdum expiatum sit".

[ὀφλεῖν δίκην 13. a. 24 i. 25. b. e.]

ὄφλημα vid. in καταστιθέναι.

[παθεῖν ἢ ἀποτῖσαι. Mulcta enim a judicibus imposita referebatur aut ad personam aut ad rem condemnati; ad personam ita, ut aut nece aut vinculis aut servitudine aut exsilio aut capitis deminutione ille mulctaretur; ad rem ita, ut pendere deberet pecuniam. V. Meier. et Schoem. p. 739 sq. In nostra orat. 9. c. 14. c.]

Παιανία pagus Demosthenis 28. b.

Παμμένης, aurifex 8. g.

Πάμφιλος, Aegyptius, inquilinus, a Midia triremi suae praefectus 44. d. 45. d. not.

Παναθηναϊκά 43. b. Argum. 2. init.

Πάνδια 3. f. Exc. I. p. 123.

Πανδιονὶς φυλή 6. Cf. Arg. utr. A Pandione denominata; cf. Ἐπώνυμοι.

παρά per, notione temporis 1. a. παρὰ πᾶσαν τὴν χορηγίαν (cf. Arg. 1. p. 1.) 50. b. παρὰ πάντα τὸν βίον, et eodem sensu, ut collatio locorum docet, 27. d. παρὰ πάνθ' ὅσα πράττουσιν. A quo usu aliquantum diversus est alius, quo παρὰ ad singula potius facta spectat, ut 59. b. παρ' αὐτὰ τἀδικήματα, et alibi παρὰ τοὺς κινδύνους: nam παρά hic per se solum jam valet *in ipsis*: e qua forma natum vulgatum illud παραχρῆμα.

— in formula παρὰ τοῦτο 18. a. valet *propter*, *per*, ut Xen. de Mag. Eq. 1, 5. (de facilitate in equum insiliendi) πολ-

λοῖς γὰρ ἤδη ἡ σωτηρία παρὰ τοῦτο ἐγένετο. Plut. Camill. 28. Οὐ μὴν παρὰ τοῦτο (quod scilicet male erat obsidentibus) βελτίω τὰ πράγματα τοῖς πολιορκουμένοις ἦν. Dinarch. c. Dem. p. 99, 21. παρὰ τί οἴεσθε τὰς πόλεις τοτὲ μὲν εὖ τοτὲ δὲ φαύλως πράττειν; respondetur: παρὰ τοὺς συμβούλους καὶ τοὺς ἡγεμόνας. Demosth. Phil. I. p. 43, 15. οὐ γὰρ οὗτος παρὰ τὴν αὑτοῦ ῥώμην τοσοῦτον ἐπηύξηται ὅσον παρὰ τὴν ἡμετέραν ἀμέλειαν. Et in nostra or. 26. b. ταῦτα πέπονθεν ὑπὸ τοῦ Μειδίου παρὰ τὴν πενίαν καὶ τὴν ἐρημίαν κ. τ. ε. Ex quibus exemplis omnibus cognoveris, παρά non tam simpliciter causam sive rationem indicare, sed rei momentum vel ansam (was den Ausschlag gibt), et illud, sine quo vera causa efficax non foret.

παρά in compos. vid. παραγράφεσθαι et παραπόλλυσθαι.

[παραγγέλλειν. Qui magistratum ambirent, παραγγέλλ. dicebantur. Etiam qui precibus sollicitationibusque gratiam judicum sibi conciliare studerent, παραγγ. dicebantur. 2. b.]

παραγράφεσθαι, παραγραφή in judiciis dicitur de *exceptione*, ut fori recusati, vel causae judicatae, cet. [cf. Exc. XIII.] Vide locos in Ind. Reiskiano, et substantivum in nostra or. 24. e. Sed illud παραγράψασθαι in testimonio 31. a. huc trahi posse non videtur. Sollicitantur ibi a Midia actores ut reum Aristarchum missum faciant, Δημοσθένει δὲ τὴν γραφὴν τοῦ φόνου παραγράψασθαι. Videtur itaque, quae et Reiskii (in Ind.) est explicatio, verbum γράψασθαι hic sensum accusandi servare, vox autem παρά, ea vi pollere qua *male*, *falso*, *temere*, *perfide* aliquid fieri indicat, ut in παραπρεσβεύειν. Cf. παραπόλλυσθαι.

[παραδιδόναι εἰς δικαστάς reum judicibus tradere 1. c. Item παραδ. εἰς δικαστήριον Demosth. 1230, 18. ed. Reisk. παραδιδόναι τὰς προβολάς in nostra or 3. f.]

παρακρούειν decipere 44. a. v. Ind. in Plat. Men. etc.

Πάραλος navis sacra Athenis 46. e. f. 47. a. b.

[παραμυθεῖσθαι 59. a. cum not. 502.]

παράνομα γράφειν dicitur de eo qui legem rogat sive totam sive ex parte alii legi receptae contrariam 49. b. At παρανόμων γραφή actio erat contra eum qui talem legem rogasset 3. a. Vid. Pro Coron. p. 243. Αἰσχίνης ἀπήνεγκε παρανόμων γραφὴν κατὰ Κτησιφῶντος, ὅτι ἔγραψε παράνομον ψήφισμα: et consule de tota hac materia F. A. Wolf. in Proll. ad Lept. p. 130 sqq. [V. not. ad 3. a. παράνομόν τι ποιεῖν 14. b. 49. c. εἰπεῖν 49. c.]

[παρανομεῖν 4. a.]

[παραπέμπειν comitari 45 c. 47. b.]

παραπόλλυσθαι. In hac compositione παρά significat id quod *negligenter*, *non recte*, *prave*, *indigne* fit: Lucian. Hermot. 1. ἐν τῷ πολλῷ τῶν ἰδιωτῶν συρφετῷ παραπολόμενος. Acerbe igitur in nostra or 25. e. civis Atheniensis dicitur παραπολωλέναι, qui per socordiam et ignaviam magistratuum immerenter infamia plexus est. Cf. παραγράφεσθαι et in Ind. ad Plat. Men. etc παρακινδυνεύειν.

παρασκήνια loca propter scenam 7. f. ubi vid. not.

παραφέρειν, παρενεγκεῖν 15. e. Exc. III. p. 129.

παραχρῆμα v. παρά.

[παραχωρεῖν τινί τινος 9. g.]

πάρεδρος, παρεδρεύειν 48. a. Harpocration: Ἀριστοτέλης ἐν τῇ

Ἀθηναίων πολιτείᾳ φησί· Λαμβάνουσι δὲ παρέδρους ὅ τε Ἄρχων καὶ ὁ Πολέμαρχος, δύο ἑκάτερος, οὓς ἂν βούληται. καὶ οὗτοι δοκιμάζονται ἐν τῷ δικαστηρίῳ πρὶν παρεδρεύειν, καὶ εὐθύνας διδόασιν, ἐπὰν παρεδρεύσωσιν. Ulp. ad loc. nostr. *Παρεδρεύοντος· συμπονοῦντος καὶ συμπαρόντος τῷ παιδὶ, μήπου τι ὡς νέος ἁμάρτῃ κατὰ τὴν ἀρχήν.* Quod tamen nescio an ipse sibi finxerit grammaticus.

παρεῖναι. τὰ παρόντα 41. d. civitas et leges in quibus vivit aliquis.

παριέναι dimittere, hinc 29. c. *omittere non vexatum* (in Ruhe lassen).

[*παριςάναι τὴν ὀργήν.* 21. c. *παρέςη ἡ ὀργή τινι* 21. e. cf. 27. e. *παριςάναι τινί τι.* 21. e.]

[*παρορᾶν τινα πρός τι* 26. c. *τι* 35. a. b. 60. c.]

Πειραιεύς 45. e. Dionysia ibi celebrata 4. c. et ibi not.

Πεισιςράτου παῖδες ab Alcmaeonidis urbe pulsi 40. a.

πεντηκοςή, πεντηκοςολόγοι 37. d. 45. b.

[*περιαιρεῖσθαι* 38. c.]

περιεῖναι 7. f. *τοσοῦτον αὐτῷ περιῆν,* ubi nolim e praecedentibus reperas *τῆς ὕβρεως.* Nam *περίεςιν αὐτῷ* proprie dicitur de eo qui nimium habet opum, deliciarum, spiritus; unde transit in significatum *proterviae* et insolentiae; ut Adv. Callic. p. 1280, 1. *τούτοις δὲ τοσοῦτον περίεςιν ὥςε τοὺς ἠδικημένους προσσυκοφαντοῦσιν. περίεςί μοι τοῦτο* 42. extr. *hoc commodum aufero,* metaphora ducta ab eo quod in negotio lucrum superest. *περιεῖναι καὶ ζῆν* 61. not. 518. [*τὰ περιόντα* i. q. *τὰ ὑπάρχοντα* 58. a. cum not.]

[*περιορᾶν* 31. b. 35. a. b.]

περιίςασθαι. εἰς ὑπέρδεινόν μοι περιέςηκε τὸ πρᾶγμα. 31. Cf. Ind. Meno. etc. [*περιιςάναι τινί τι.* 35. a]

περιουσία 31. d. 43. f.

[*περιπίπτειν τινὶ ὑπό τινος* 26. c 27. c.]

[*περιωθεῖν* 47. a.]

Πιθεύς, Πίθος, Πιτθίς, Πιτθεύς 18. d.

πλεῖςος. ὡς ἐκ πλείςου 60. c. *e quam maxime longinquo.*

πληροῦν ναῦν remigibus instruere: *πληρώματα,* remiges 42. d. e.

πληρωτὴς ἐράνου 27. d. e. 50. b. c., an sit qui colligit stipem, an qui confert, dubium. Hesychius, et si recte Harpocrationem intelligo, de colligentibus explicant. Sed cum in utroque nostrae orationis loco *συλλέγειν* et *πληρωτὰς γίγνεσθαι* ita conjungantur ut molesta, si ambae voces idem significent, tautologia esse videatur, de collatore Spaldingus intelligebat: cui accedo: aliter enim non video quomodo intelligi possint verba, quibus Midias comparatur *πληρωτῇ ἐράνου* cujusdam, qui jure illi rependendus sit. Conferantur Adv. Aristog. I. p. 776, 7. *ἐπειδὴ οἱ νόμοι ὁμολογοῦνται σώζειν τὴν πόλιν, δεῖ πάντας ὑμᾶς τὸν αὐτὸν τρόπον, ὥσπερανεὶ ἐκάθησθε ἐράνου πληρωταὶ, τὸν μὲν πειθόμενον τούτοις, ὡς φέροντα τὴν τῆς σωτηρίας φορὰν πλήρη τῇ πατρίδι, τιμᾶν καὶ ἐπαινεῖν, τὸν δ' ἀπειθοῦντα κολάζειν.* Possis sane hic quidem de concessu quodam moderatorum cogitare, sed aeque bene de concessu omnium talis *ἐράνου* sodalium penes quos jus est admittendi in suam societatem et excludendi; quibus actibus in republica respondentes facit orator actus *τοῦ τιμᾶν καὶ ἐπαινεῖν* et

τοῦ

τοῦ κολάζειν. Ex illo autem *φέρειν φορὰν πλήρη* derivandum vocabulum *πληρωτής.*

Πλούταρχος, Eretriae tyrannus 31. f.

ποιεῖν τοῦτο cum accusativo personae, pro repetito verbo accusativum regente 56. extr. Sic Herod. 5, 97. *εἰ Κλεομένεα μὲν μοῦνον οὐκ οἷός τε ἐγένετο διαβάλλειν, τρεῖς δὲ μυριάδας Ἀθηναίων ἐποίησε τοῦτο.* — *καλῶς ποιεῖν* 58. c.

ποικίλα σκεύη Not. ad 43. g.

πόλις jus civitatis 30. b. Vid. Adv. Steph. p. 1126, 8. *καὶ πόλιν ἐκ τῶν ἡμετέρων κτησάμενος* jus civitatis nostra pecunia adeptus.

πολιτεύεσθαι 56. e. versari in rebus reip. gerendis.

Πολύευκτος, orator 38. d.

Πολύζηλος praesidem comitiorum verberavit 11. a. d.

πολύς. πολλοί, αἱ, ἁ sequente *καί,* vid. not. ad 16. a. *οἱ πολλοὶ ἡμῶν, ὑμῶν* 31. h. 39. e. 55. d. *ἅπασι τοῖς πολλοῖς ὑμῶν* 43. g. [*οἱ πολλοὶ* cum secunda persona verbi 35. c.]

πομπή, πομπεύειν 46. e. not. 47. c. 48. d. 8. g. coll. 7. c. et 4. c.

πρό *potius quam* 48. b. not. 431.

πρό in compositione contextui inserviens tanquam vox separata 35. d. *προαναρπάζειν.*

προβάλλειν. προβεβλῆσθαί τινος 38. d. tueri, praesidio esse. *προβάλλεσθαί τινα* proponere, commendare (ut candidatum) 7. a. *προβαλλόμενος καὶ κελεύων ἑαυτὸν χειροτονεῖν,* ubi verbum *προβάλλεσθαι* non, ut medium, absolute positum sed ad sequens *ἑαυτόν* relatum est. Neque 54. c in his *Μειδίας Ἀναγυράσιος προβέβληται* perf. pass. sensu medio accipiendum, sed ut alibi *προβληθεὶς Πυλαγόρας* (v. Ind. Reisk.), ita hic etiam *propositus est,* nimirum ab asseclis suis: quare commode tamen verti potest, *petitor adest.* *προβάλλεσθαι, προβολή* de accusatione ad populum. Argum. 1. et ibi not. Or. 1. a. 3. f. 4. d. [5. a. 8. c. 9 d.] 47. e. g. 48. a. [52. c. 56. d. 62. b.] Cf. 59. a — d. *λῦσαι τὴν προβολήν* 59. g.

προβουλεύειν, προβούλευμα 44. c. verbum proprium de senatusconsultis Athenis, quoniam senatus res fere praeparabat tantum populo, cujus sanctione demum decreta (*ψηφίσματα*) illa fierent. Vid. Plut in Sol. 19.

[*προδιαφθείρειν* 8. a.]

πρόεδρος, πρόεδροι 4. a. 11. a. 44. c. Vid. *πρύτανις.*

προεισφέρειν 42. b. *Εἰσφέρειν* (43. b.), *εἰσφορά* collatio est ad usus reip. (*Vermögensteuer* Boeckhio): *προεισφέρουσιν* locupletiores instante necessitate pro minus opulentis, qui postmodum refundent (*Vorschuſs der Vermögensteuer* Boeckh.). Qualis *προεισφορὰ* erat inter liturgias. Vid. Boeckh. Staatsh. d. Ath. II, primis capitibus.

[*προοφείλεσθαι* 23. a.]

προπέτεια τοῦ τρόπου 11. d. cum not. 120.

προσεῖναι 39. extr. 47. f. h. *προσεῖναί τινι,* proprium esse alicui, esse in eo (de virtutibus, vitiis etc.)

[*προσεκβάλλειν* 34. c.]

[*προσεντείνειν* 5. d.]

προσηλοῦν clavis figere, clavis impedire 7. f. ad quem locum respicit Lexic. Rhetor. Seguer. pag. 297. *προσηλῶν· καθηλῶν, φράττων.* — de supplicio clavis ad lignum sive crucem figendi hoc verbum usurpatum fuisse satis patet ex corruptis licet Hesychii glossis, ad quas vid. intpp. Conferatur praeterea dictio *σανίδι* vel *πρὸς σανίδα προσπασσαλεύειν, προσδιαπασσαλεύειν* ap. Herod. 7, 33. 9, 120. Talem autem *σανίδα* Athenis quoque in instrumentis suppliciorum fuisse, novimus ex Aristoph. Thesmoph. 931. 940. 1001 sq. ubi Mnesilochum intueri licet tali ligno affixum, neque funibus tantum sed etiam clavo. Itaque nihil miri in usu verbi *προσηλῶσθαι* hyperbolico 29. extr., neque opus est ascripta ei argutula Ulpiani expositione: *ἐντεῦθεν μὲν τῷ λειποταξίῳ, ἑτέρωθεν δὲ τῇ τοῦ φόνου γραφῇ.*

προσκαλεῖσθαι in jus vocare, et quidem adhibitis *κλητῆρσι.* Vid. Suid. v. *προσκλήσεις.* Sic 17. e. 25. e. coll. 24. h. et supra v. *κλητήρ.* [*προσκαλεῖν* 16. c. d.]

[*προσκρούειν* 18. b.]

Προςατήριος Ἀπόλλων 15. d.

[*προστίθεσθαί τινι* 51. b]

προστιμᾷν. [Licebat singulis judicibus irrogantibus, ut poenam reo decretam augerent, quod significabatur sic: *ὁ δικαςὴς προστιμᾶται.* Collegium judicum hanc sententiam pronuntians *προστιμᾷ.* Sic aucta poena vocabatur *προστίμημα.* V. Meier. et Schoem. p. 182 sqq. Tum, licebat accusatori, ut reum condemnatum mulctam sibi non luentem, *ἐξούλης* accusaret, quo facto judices reum damnabant, ut aerario publico eandem poenam solveret quam accusatori. Sic quoque *προστιμᾷν* judices dicuntur. V. Meier. et Schoem. p. 750 sqq. In nostra orat. 13. a. 47. g.]

[*προσυβρίζειν* 10. f.]

πρόσφατος recens (frisch). 31. h. Vid. Lobeck. ad Phryn. p. 374. [cf. *ἕωλος*.]

προτεραία. De structura formulae *τῇ προτεραίᾳ* 33. c.

προφαίνειν verbum proprium de vaticiniis et oraculis, non tam quatenus futura *praedicunt*, sed quatenus obscura *promunt.* Sic §. 16. a in his, *θύειν τοῖς ἐφ' ἑκάςης μαντείας προφαινομένοις*, participium hoc passivi explicandum ex eo quod oracula sive dii (vid. not. 166.) *προφαίνουσι οὕστινας ἱλάσκεσθαι χρή.* Quod non penitus perspexit Stephanus, geminum tamen in Thesauro apponens Plutarchi locum hunc: *καὶ ἐπὶ τοῖς ἱεροῖς προφαίνεσθαι θεῶν μῆνιν ἱλασμοῦ καὶ χαριςηρίων δεομένην*, ubi non *portenditur* deorum ira futura, sed *indicatur*, quorumnam deorum ira placanda sit

προφήτης 15. e. not.

πρύτανις aut singulari aut plurali numero in multis graecarum civitatum summi magistratus nomen erat; Athenis autem *πρυτάνεις* erant decima pars senatus, L viri unius tribus, qui per XXXV dies senatui praesidebant: ex his autem decem rursus *πρόεδροι* erant, qui comitia a prytanibus convocata moderabantur. Haec sufficiant ad §. 3. f. 4. a. 11. a. 44. e.: de ulterioribus amandamus ad Schoemanni librum de Comitiis Athen. cap. 7. Hoc tantum monemus, quosdam *προέδρους* in comitiis fuisse etiam e novem tribubus, quarum tum non esset prytania; quorum functio

pandi et struendi formae, quales sunt 18. e. f. 24. e. 60. d. quo pertinet etiam 17. c. τὸ συγκεχωρηκὸς τῆς εὐσεβείας ὑμῶν h. e. modestia et verecundia religionis vestrae. Sed illud observatu dignum 40. c. et 44. a. dativo personae et accusativo rei, tertium accedere casum genitivum causae: 40. c. οὐδενὸς τούτων (nullius horum meritorum gratia) αὐτῷ συνεχώρησαν ὑβρίζειν αὐτούς· ubi infinitivus est loco accusativi. 44. a. οὐδενὸς γὰρ πράγματος οὐδ᾽ ἔργου τοῦτο συγχωρητέον· ubi dativus οὐδενὶ intelligitur.

* σύλληψις. Arg. 2, 10. 16.

[συμβὰν ἀπὸ τῆς τύχης 6. b.]

σύμβολον. τὰ σύμβολα 47. a. Harpocr. Σύμβολα, τὰς συνθήκας, ἃς ἂν ἀλλήλαις αἱ πόλεις θέμεναι τάττωσι τοῖς πολίταις, ὥςε διδόναι καὶ λαμβάνειν τὰ δίκαια. Tho. Mag. Σύμβολα, πληθυντικῶς μόνον, αἱ περὶ τὰ συμβόλαια τῶν ἐμπόρων δίκαι. Vid. Boeckh. Staatsh. d. Ath. I. p. 54. Jus mercatorium igitur, quod inter Athenienses et Cyzicenos vigebat turbabat Midias. [cf. ἐμπορικαὶ δίκαι.]

συμμορίαι in munere trierarchico Not. ad 42. e. — in censu et collationibus 43. b.

συμφορά sensu civili not. ad 3. c. [17. a. b. 26. c. 27. b. c.]

[σύνδυο 42. d.]

[συνάγειν τινὰς εἴς τινα 7. f.]

συνειδέναι. Ex naturali hujus verbi vi, qua significat conscium esse, peculiaris graecae linguae usus fluxit qua etiam simpliciter significat *scire de aliquo;* proprie quidem ita ut simul significetur, illum, de quo aliquid scio, ipsum quoque id scire, meque illi, aut etiam contra illum, ejus rei testem fieri posse. Sic 1. b. ὁ δῆμος ἠδικημένῳ μοι συνῄδει. Qua loquendi forma per figuram quandam aliquis de se ipso quoque uti potest (fere ut nos: *ich kann mir das Zeugniſs geben*): 23. f. ὅσων ἐμαυτῷ συνῄδειν ἀπεςερημένῳ. Hinc transiit formula etiam ad talia in quibus nullus plane *simul sciendi* locus, ut cum dativus ille ad res refertur, e. g. Plat. Phaed. 92. d. ἐγὼ δὲ τοῖς διὰ τῶν εἰκότων τὰς ἀποδείξεις ποιουμένοις λόγοις ξύνοιδα οὖσιν ἀλαζόσιν. In his itaque hoc verbum nil nisi adjunctam cognitioni majorem persuasionem significare videtur, qualis ejus esse solet, qui testis est oculatus; vid. Wolf. ad Leptin. 12.: quanquam, ut sequentia docebunt exempla, non semper de talibus verbum usurpatur quae quis experientia novit. Quo usu cum relatio propositionis prorsus evanuisset, factum est ut dativus negligeretur, et σύνοιδα plane ut simplex οἶδα strueretur. Isocr. de Pace c. 36. συνίσασι γὰρ τοὺς πρὸ αὐτῶν τετυραννηκότας — ἀνῃρημένους. Plat. Phaedr. 257. d. σύνοισθα που καὶ αὐτὸς ὅτι οἱ μέγιςον δυνάμενοι αἰσχύνονται λόγους γράφειν: ubi vid. Heind. Demosth. Olynth. 3. p. 29, 11. πέπεισμαι ἐξ ὧν παρὼν σύνοιδα τὰ πλείω ὑμᾶς ἐκπεφευγέναι, τῷ μὴ βούλεσθαι τὰ δέοντα πράττειν: ubi si addas ὑμῖν redit verbum in propriam suam significationem „probe hoc de vobis scio". Plat. Sophist. p. 232. c. ξύνισμεν ὡς αὐτοί τε ἀντειπεῖν δεινοί, τούς τε ἄλλους κ. τ. ε. ubi vid. Heind. Et sic in nostra or. 45. ὡς ἀληθῆ λέγω σύνιςε ὑμεῖς h. e. σύνιςέ μοι ἀληθῆ λέ-

ὑπέρ. Haec praepositio aliquoties apud nostrum in tali contextu occurrit ubi alias sola περί usitata est, quam reponere adeo suadebant viri docti. In nostra oratione huc pertinet 9. b. τοὺς γὰρ ὑπὲρ τούτων (de his rebus) λόγους. 34. a. ἡ εἰσαγγελία ἡ ὑπὲρ Ἀριςάρχου, ὅτι εἴη Νικόδημον ἀπεκτονώς. 12. b. ἐπειδ᾽ ὑπὲρ — — ὧδὶ γιγνώσκω. Addendum 11. g. εἰ δ᾽ ὑπὲρ ὧν ἐγὼ τούτου κατηγόρηκα ἀπολογεῖσθαι βούλεται h. e. ἀπολογεῖσθαι ὑπὲρ τούτων ἃ ἐγὼ τούτου κατηγόρηκα: nam alias hoc verbum cum praep. ὑπέρ ad personas solet referri (pro aliquo dicere), ad res autem πρός asciscitur vel περί, ut De f. Leg. p. 407. paen. περὶ τούτων ἀναγκάζετε αὐτὸν ἀπολογεῖσθαι. Itaque minime mirum eadem particula usum Demosthenem etiam cum verbis curandi, relata illa ad rem circa quam quis curat: de qua re dixi ad 11. b.

ὑπερβολή 7. b. [13. d. 22. e. 31. d. 33. c. 34. e.]

[ὑπερήμερος not. 237.]

[ὑποβάλλεσθαι. μήτηρ ὑποβαλλομένη quae sibi supposuit pro filio, qui alterius esset. 41. c.]

[ὑπόδικος qui ab aliquo e lege in jus vocari potest. τινὶ 4. d. 10. e.]

[ὑποςέλλεσθαι 20. d.]

* ὑποτιμᾶν, ὑποτίμησις, verba sunt forensia quorum tamen ob raritatem exemplorum difficilis est explicatio. Mihi primaria verbi significatio videtur esse de eo, qui suam rei alicujus aestimationem primus prodit, et ita contrahendo negotio velut substernit. Sic usurpatur de pretio, quod venditor primus merci suae statuit. Alexis ap. Ath. 6. p. 226. Τῶν ἰχθυοπωλῶν ὅςις ἂν πωλῶν τινα (em. Erfurdt. pro τὸν) Ἰχθὺν ὑποτιμήσας, ἀποδῷ γ᾽ (male vulgo τ᾽) ἐλάττονος Ἧς εἶπε τιμῆς. Hinc in universum de quacunque aestimatione quam in mea re ipse facio, ut Arist. Oec. 2, 35. τοὺς δὲ φόρους πράσσεσθαι ἐκέλευεν ὅσους αὐτοὶ ὑπετιμήσαντο. Huc itaque pertinet illa Ciceroni (de Orat 1, 54.) dicta poenae aestimatio apud Athenienses, quam explicat his verbis: „interrogabatur reus, quam quasi aestimationem commeruisse se confiteretur", designatur autem haec poenae aestimatio verbo ὑποτιμᾶσθαι. Apol. Socr. Xenophontea c. 23. πρῶτον μὲν γὰρ κελευόμενος ὑποτιμᾶσθαι, οὔτε αὐτὸς ὑπετιμήσατο, οὔτε τοὺς φίλους εἴασεν, ἀλλὰ καὶ ἔλεγεν ὅτι τὸ ὑποτιμᾶσθαι ὁμολογοῦντος εἴη ἀδικεῖν. Quandoquidem autem propria haec aestimatio fere fiebat in oppositionem ejus quam accusator fecisset, hinc eadem res et ὑποτιμᾶσθαι et ἀντιτιμᾶσθαι dicebatur, ut observatum est viris doctis ad locum Xenophonteum. Atque ita apparet quo sensu ὑποτίμησιν hic dixerit Libanius, quamvis me quidem judice non satis accurate ille loquens. [neque enim de Midiae aestimatione poenae agitur, verum in universum de poena constituenda quae actio τίμησις appellabatur vel minus accurate τίμημα. Sunt autem verba forensia, quae hac in re usu veniebant haec: accusator τιμᾶται τῷ φεύγοντι, τίμησιν ποιεῖται, ἐπιγράφεται τίμημα; reus ἀντιτιμᾶται, ἑαυτῷ τιμᾶται, ὑποτιμᾶται. cf. Meier. et Schoem. p. 175. sqq.] Ex illa autem, excipiendi et objiciendi in

causa propria, notione, facile apparet, quomodo apud sequioris aevi scriptores natus sit sensus *excusandi* et *causandi*, quem satis confirmaverunt Ruhnkenius ad Hesych. in v. Schneider in lexico: neque est cur in loco Plutarchi Camill. 40. *οὔτε ὑποτίμησιν εἰπὼν ὡς πρότερον οὔτε προφάσει χρησάμενος*, in ea, quae videtur ibi indicari, diversitate haereamus; *ὑποτίμησις* enim est *excusatio* et *πρόφασις causa* sive *praetextus*. In omnibus autem his exemplis vides propriae rei vel causae notionem manere; ut merito mireris usurpatam etiam esse de correctione aestimationis ab alio in aliena re factae, quod de loco altero in Aristotelis Oecon. 2, 5. docent et Schneider et Boeckhius (Staatshaush. d. Ath. 2. p. 45.). Neque tamen, si satis firma est ejus unius loci et lectio et ratio, est cur ab illa nostra hujus verbi tractatione ideo recedamus. Nam in tanta sensuum et notionum, in rebus potissimum quotidianis, fluctuatione facile fieri potuit, ut vocabulum hoc significationem *excipiendi* et *objiciendi*, quam in plerisque ex illis exemplis servat, solam tandem retinuerit et illam de *re propria* amiserit. Quo minus autem cum Schneidero ab illa *contra aestimandi* notione ordiar, facit potissimum ille qui est in Alexidis loco allata usus, ad quem hac ratione non satis commode pervenias.

ὑπωμοσία 24. e. est excusatio morbi aut itineris jurejurando intercedente facta, ut differatur causae cognitio. *SPALD.* [Cf. Exc. XIII.]

[*ὑφιστάναι. ὑποστῆναι* 20. b. sustinere. 32. b.]

ὑστεραία v. *προτεραία*.

φάναι. ἔφησε, Not. ad 11. d. — *φασί*, de rebus claris 40. b.

[*φεύγειν ἐφ᾽ αἵματι* caedis accusari 29. c.]

φέρειν χαλεπῶς τινι et *ἐπί τινι* 31. c. [*φ. τὴν ψῆφον* 9. f.]

φθάνειν. φθάσας τὸν λογισμόν 11. d. 12. b.

φθείρεσθαι. Brunckius ad Aristoph. Eccl. 248. „*Φθείρεσθαι* Atticis scriptoribus significat *ire, venire*: sed in malam partem semper accipitur de iis qui cum suo aut aliorum malo vel damno eunt aut vagantur". Nostrate vulgus, diabolum tales aliquo ducere, ait. Ita hic 38. d. *φθείρεσθαι πρὸς τοὺς πλουσίους* est *applicare se illis, semper adesse*. [„Bud. in Comm. meminit alius cujusdam significationis hujus verbi, quam Latine uno verbo exprimi posse negat, ut apud Plut. in Antonio, *καὶ βασιλέων γυναῖκες ἁμιλλώμεναι δωρεαῖς πρὸς ἀλλήλας καὶ κάλλεσιν ἐφθείροντο πρὸς αὐτόν*. ubi interpret. Turpiter et indecore eum adibant, sese scilicet illi venditantes, et ad nutum ejus expositae". H Stephan. Thes. Gr. L. IV. 139. c. Adde: *οἱ Μακεδόνες, ἀδείας μὲν οὔσης, ἐφθείροντο πρὸς τοὺς διδόντας καὶ τὰς ἐκείνων θύρας ἐθεράπευον*. Plutarch. in Eumen p. 1079. ed. H. St. et: *Ἅρπαλος μετὰ χρημάτων πολλῶν ἀποδρὰς Ἀλέξανδρον ἐκ τῆς Ἀσίας τῇ Ἀττικῇ προσέβαλε καὶ τῶν εἰωθότων ἀπὸ τοῦ βήματος χρηματίζεσθαι δρόμος ἦν καὶ ἅμιλλα φθειρομένων πρὸς αὐτόν*. Idem in Phocione p. 1378. *SCHAEFER*. Diar. Class. LV. p. 54. s.].

Berolini, typis Joannis Friderici Starckii.